

Ses. 24. c. 1. Promovendi ad minores Ordines saltem Latinam linguam, ait Conc. intelligere debent.

ibid. c. 13. Reccepturi ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus, ait Conc. debent esse instructi literis, & iis, quæ ad Ordinem exercendum pertinent.

Num. 32. Quoad scientiam in sacerdote requisitam, Catech. ait: In sacerdote non solum ea cognitio requirenda est, quæ ad sacramentorum usum, & tractationem pertinet, sed etiam sacrarum literarum scientia ita instructum esse oportet, ut populo christianæ fidei mysteria, & divinæ legis præcepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitare, à vitiis revocare fideles possit. Et post pauca ait: Quamvis æquè ab omnibus sacerdotibus summa reconditarum rerum scientia non exigatur, sed quæ ad suscepti officii, & ministerij functionem viciniquè satis esse possit.

Cur ordinationes habeantur tempore jejuni.

Num. 8.

Num. 30. Quare tantummodò in quatuor Temporibus ordinationes ex vetustissimo Ecclesiæ more haberi solent? Resp. ait Catech. factum esse ut populus fidelis ieiuniis, necnon piis, & sanctis præcationibus à Deo impetret ministros, qui ad tanti ministerij potestatem rectè, & cum Ecclesiæ utilitate gerendam aptiores esse videantur.

De sufficientia eorum qua dicta sunt.

Num. 9.

Possente alia tractari de sacramento Ordinis, præter ea quæ dicta sunt? Resp. possent: sed ista esse priora capita, & sufficere ad hoc, ut Pastores habeant argumenta docendi populum fidelem, & in Christiana pietate erudiendi, quatenus pertinet ad hoc sacramentum.

DOCTRINA SACRI CONCILII Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Matrimonii.

De necessitate, & utilitate huius Doctrinæ.



ARCHI debent hortari fideles ad Matrimonia contrahenda? Resp. Ait Catech. debent optare, ut fideles perfectam vitam sequerentur, quæ est in cœlibatu; sed quia non omnes hanc perfectionem obtinere possunt, debent tradere doctrinam de sacramento Matrimonii.

Hæc doctrina est utilis, & necessaria? Resp. est. *ibidem.*
Quibus? Respond. Primò, Parochis, & Confessoribus, *ibidem.* qui debent vel ministrare hoc sacramentum, vel iudicare de his, quæ difficillima contingunt circa ipsum. Secundò fidelibus, qui ad hoc sacramentum accedere debent, præcipuè cum vilius sit quotidianus, & frequens.

Hæc doctrina quam utilitatem potest afferre fidelibus? Resp. ait Catech. magna, & multa commoda ad Christianam societatem pervenient, si fideles matrimonii sanctitatem cognitam haberent, & inviolatam servarent: contra verò ea ignorata, vel neglecta, plurimas, maximasque calamitates, & detrimenta in Ecclesiam importari.

Quando debet tradi? Resp. ait Conc. quando hoc sacramentum debet administrari. *Ses. 24. c. 7.*

Divisio Tractationis.

IN quot capita potest dividi ista tractatio? Resp. Catech. dividit in capita sequentia.

Primum, de natura matrimonii.

Q 1

dis innotescit, quanta sit inter duas personas generationis distantia.

Ibidem.

Quomodo possunt cognosci gradus in linea recta ascendenti & descendenti? Resp. tali ratione. Primo sciendum est, quod fundamentum gradus sunt personas inter personas enim gradus isti constituuntur: secundo scire oportet, quod una sola persona non facit gradum; gradus enim dicit distantiam: una autem persona non distat à seipsa; idèò ut detur gradus, ad minus necesse est, quod duæ dentur personæ: tertio ad cognoscendos gradus ascendenti, & descendenti ita faciendum est: debent numerari personæ, quæ sunt in linea recta. Et dempta una, quot sunt personæ, tot sunt gradus: veluti si Caius generet filium Scium, & Scius Titium, & queratur quo gradu distent inter se, dicitur quod Caius nullo gradu distat à seipso, in primo distat à Scio filio, & in secundo à Titio nepote: unde inter dictas tres personas duo sunt gradus, quia in computatione graduum semper dimittitur una persona, qua dempta quot sunt personæ, tot sunt gradus, & hæc est regula & certa, & facili.

Quomodo possunt cognosci gradus in linea laterali? Resp. sic, primo oportet invenire stirpem, *id est*, personam illam, à qua primò illi, de quibus queritur, descendunt, veluti si queratur quo gradu frater distat à fratre, oportet invenire stirpem, nempe patrem, qui est prima persona, à quo descendunt; avus verò non est prima persona, ut patet, sed supra hanc personam existit. Invenio stirpem, oportet videre ex una parte, quo gradu una persona laterali, nempe vnus frater vel alius, distat à communi stirpe, & idem facere etiam de alia parte: & si ambae personæ distant aequali gradu à stirpe, tunc quo gradu distant à stirpe, toto distant inter se: si autem una persona distat pluribus gradibus à stirpe, quam alia: tunc quo gradu remotior distat à stirpe, toto distant inter se.

Sit autem exemplum: queritur, an Titius, & Berta sint consanguinei, & in quo gradu. Ad videndum ergo an sint consanguinei, oportet videre an vnus descendat ab alio, veluti quod Titius sit filius Bertæ: vel an ambo ab aliquo tertio descendant, veluti quod sint frater, & soror: si ergo

nec descendunt ab invicem, nec ab alio, non sunt consanguinei: si verò alterum dictorum detur, sunt consanguinei: vtrum si vnus illorum descendat ab alio, sunt consanguinei in linea recta, & gradus distantie est quotiens iuxta regulam datam; in autem ambo descendunt ab aliquo tertio, erunt consanguinei in linea laterali, & gradus cognoscetur inspiciendo quoto gradu uterque eorum, *id est* Titius, & Berta, distent ab illo communi stirpe à quo descendunt; & si uterque distet aequali gradu, quoto gradu distant à stirpe, toto distant inter se: si verò vnus distet à stirpe, veluti duobus gradibus, alter verò tribus, tunc distabunt inter se tribus gradibus, quia semper à remotiori persona distantia graduum est sumenda. Sit autem adhuc clarior exemplum. Caius ex vno latere genuit Franciscum, Franciscus genuit Antonium, Antonius Titium. Ex alio verò latere idem Caius genuit Luciam, & Lucia genuit Bertam. Queritur an Titius sit consanguineus Bertæ, & dicitur quod sic, quia communicant in eodem sanguine propter Caium stirpem communem. Queritur an sint consanguinei in linea recta: dicitur non quia nec Berta descendit à Titio, nec iste ab illa. Queritur an sint consanguinei in linea laterali: dicitur sic, quia uterque ab eodem stirpe, nempe Caio, descendunt. Queritur quo gradu Titius distat à Caio: dicitur tribus; quatuor enim sunt personæ in linea recta. Caius, Franciscus, Antonius, Titius, idèò per regulam datam, dempta vna persona, nempe stirpe, tres gradus, & tres personæ erunt. Queritur quot gradibus Berta distat à stirpe: dicitur duobus, per regulam dictam. Queritur quot gradibus Berta distat à Titio in linea laterali: & dicitur tribus, quia licet Berta distet à stirpe tantum duobus gradibus, tamen quia Titius distat tribus, tot gradibus inter se distabunt: quia in linea laterali semper distantia graduum à remotiori persona computatur. Et hæc si quis rectè percipiat, feliciter cognoscat, an aliqui consanguinei & in quo gradu sint.

Vtique ad quem gradum impedit consanguinitas ne con. *Sil. ibid.* trahatur Matrimonium? Resp. in linea recta impedit vique in infinitum, unde si Adam modò viveret, nullam mulierem posset ducere in uxorem. In linea verò laterali impedit tantum vique ad quartum gradum inclusive.

De qualitate consensus, verborum, & obligationis.

Num. 1.

Num. 3. 4.
5. 6.

Qualis debet esse consensus ille, qui est causa efficiens matrimonii? Resp. primò debet esse in obligationem mutualementem: Secundò debet esse de presenti: Tertio debet esse expressus per verba de presenti: Quarto debet esse mutuus, *id est*, ab utroque contrahentium.

Num. 5. 6.

Quæ verba exprimentur dictam consensum? Resp. primò talia verba quæ significant vitum mulieri, & mulierem vitro potestatem sui corporis tradere cum perpetua obligatione: quod significatur per hoc verbum, *accipere in uxorem, vel in matrimonium*. Secundò debet hoc exprimi de presenti: exprimere enim de futuro, est facere sponsalia, non Matrimonium.

Num. 7.

Nusus, vel signa, aut ob verecundiam taciturnitas sufficiunt ad exprimentum consensum? Resp. ait Cat. sufficere si aperte consensum indicent, & si parentes pro puella taciturnè loquantur, dummodo appareat verè ex verecundia silentium orti.

Num. 6.

Qualis obligatio est forma Matrimonii? Resp. ait Cat. non est nuda promissio, sed talis obligatio, qua recipia vir mulieri, & vicissim mulier viro corporis sui potestatem tradit, idè debet habere has conditiones. Prima quod sit realis obligatio, & traditio corporum quantum ad potestatem. Secunda quod fiat recipia, *id est*, de presenti. Tertia quod sit mutua. Quarta quod sit sensibilis per verba, vel signa exprimentia consensum.

De Matrimonio, ut est officium naturæ. Cap. II.

Num. 9.

Quid est considerate Matrimonium ut est officium naturæ? Resp. conjunctio maris, & femine maritalis est secundum naturam, idè Matrimonium dicitur esse secundum naturam: quia verò ad officium naturæ spectat conservare per propagationem genus humanum, quod fit per Matrimonium, idè matrimonium dicitur institutum ut fit in officium naturæ, *id est* ad propagationem, quod pertinet ad naturam.

Ibidem.

Quomodo definitur tale Matrimonium? Resp. sic. *Matrimonium, ut est officium naturæ, est naturalis, & maritalis conjunctio viri & mulieris, &c.* ut supra.

Quid ampliùs habet hæc definitio, quæ fuit tradita in *Ex n. 19.* superiori capite? Resp. illam particulam, naturalis conjunctio. Cat. enim talem conjunctioem appellat naturallem.

Quænam est materia, forma, & finis huius Matrimonii? Resp. materia est vir, & mulier: forma est naturalis conjunctio, ut naturalis est: finis est proles susceptio, & educatio.

Quodnam est efficiens Matrimonii huius? Resp. Deus *Num. 10.* fuit institutor Matrimonii, ut est à natura, sicut patet in Genesi, cap. 2. Natura etiam quadam ratione est auxilium: quia inclinat, & obligat ad talem coniunctionem: ipsi demùm contrahentes, per consensum expressum per verba ipsius Matrimonii, efficiens causa sunt.

Homines adstricti sunt lege naturæ ad contrahendum *Num. 11.* Matrimonium? Resp. non, sed liberum est.

Matrimonium ut est à natura, potestne dissolvi? Resp. *Num. 12.* non, quia est contra finem Matrimonii, *id est*, bonam proles educationem. Talis enim dissolutio sine magno damno filiorum esse non potest.

Quibus de causis Matrimonium fit contrahendum, seu de fine Matrimonii. Num. 2.

Expedit explicare quibus de causis Matrimonium à *Num. 23.* viro, & muliere contrahi debet? Resp. expedit.

Quæ sunt istæ causæ? Resp. Cat. assert has.

Prima, inquit, ratio est hæc, ipsa diversi sexus naturæ *Ibidem.* distincta expetita societas, mutui auxilii spe conciliata, ut alter alterius ope adiutus vitæ incommoda faciliùs sciet, & senectutis imbecillitatem sustentare queat.

Secunda est procreacionis appetitus, *id est*, desiderium liberos suscipiendi: & hoc ait, non tam quidem fieri debere, ut bonorum, & divitiarum hæredes relinquatur, quam ut veræ fidei, & religionis cultores educerent, ut Angelus etiam Tobia dixit, qui Matrimonium contrahunt, debere potius duci amore filiorum, quam libidinis, & concupiscentiæ.

Tertia est ad vitandum fornicationem, ad quam post *Num. 13.* peccatum Adæ homo proclivis est.

Quartò ait Catechismus: Quod si ad eas causas aliæ *Ibidem.*

etiam accedant, quibus homines inducunt Matrimonium ineam, atque in habendo uxores delectu unam alteri proponant, ut heredes reliquendi desiderium, divitiarum forma, generis splendor, morum similitudo; huiusmodi inquit, sanè rationes demerenda non sunt, cum Matrimonii sanctitati non repugnent.

Ex quibus colligitur, aliquem posse moveri ad contrahendum Matrimonium cum bona intentione. Primum si ex instinctu naturæ hoc faciat, *id est*, ut in tota vita sua habeat commodam mutam societatem: Secundum, ut prolem suscipiat: Tertio ut vitet fornicationem.

Quarto, & hæc est minus bona, ut divitias, vel amicitias, vel alia bona obtineat.

Num. 15. Ex his etiam deducitur, finem Matrimonii talem esse. Primum proli propagatio: Secundum proli susceptæ bona, & religiosa educatio: Tertio vitatio fornicationis: Quarto consequutio commodorum, & bonorum, quæ ex mutua societate, & communione procedunt.

De Matrimonio. ut est Sacramentum.

Cap. III.

Num. 10. **M**atrimonium ut est Sacramentum, quando incipit? Resp. in lege nova.

Matrimonium ante hanc legem erat? Resp. erat ut est officium naturæ tantum.

Ses. 24. c. 1. Post legem novam fuitne sublatum Matrimonium, Num. 19. quod est à natura? Resp. non, sed adhuc manet.

Apud quos est? Resp. apud infideles reperitur Matrimonium solummodo ut est à natura: apud fideles vero reperitur tum ut est à natura, tum ut sacramentum; gratia enim non destruit, sed perficit ipsam naturam.

N. 15. Q. Quæ debent considerari de Matrimonio ut est sacramentum? Respond. primum quomodo sit sacramentum: secundum quæ sit propria ratio illius, *id est*, quæ sint eiusdem causæ: tertio considerate maiorem dignitatem, quam habet super alia Matrimonia: quarto de indissolubilitate, & de duorum tantum coniunctione dicendum est.

Quod matrimonium sit sacramentum.

Num. 2.

Ses. 14. c. 1. **V**nde habetur quod Matrimonium sit sacramentum? Resp. Concilium, & Catechismus dicunt haberi ex

scriptura, ex traditione, ex sanctis Patribus, ex Conciliis: demum, ex hoc quod Catholica Ecclesia semper ita docuit, & tenuit.

Ex quo loco scripturæ hoc habetur? Resp. ex S. Paulo ad Ephes. 5. ubi loquens de dilectione coniugum, ait: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo. & in Ecclesia.* Et hunc locum scripturæ ita Patres interpretantur, & Tridentina Synodus ita ait intelligendum esse.

Matrimonium confertne gratiam? Resp. confert, & C. Ses. 14. c. 1. T. de fide determinavit.

In Matrimonio quid est, sacramentum tantum, res tantum, res & sacramentum? Resp. sacramentum tantum, est illa sensibilis obligatio: res tantum, est gratia: res & sacramentum, possunt dici tria bona Matrimonii, fides, proles, sacramentum.

Quæ significantur à Matrimonio? Resp. Matrimonium est signum rememorativum unionis Christi cum Ecclesia, necnon illius passionis, demonstrativum gratiæ, prognosticum unionis beatæ cum Deo.

De causis, & definitione Matrimonii ut est sacramentum. Num. 3.

Quomodo definitur Matrimonium ut est sacramentum? Respond. sic, est viri, & mulieris maritalis sacramentalis conjunctio inter legitimis personis individuam vitam, &c.

Habet eandem materiam cum Matrimonio à natura instituto? Resp. habet, nempe virum, & mulierem, licet ab Ecclesia aliqua impedimenta circa hanc materiam fuerint introducta, quæ illam inhabitant, vel suo loco dicuntur, ideo dicitur, *inter legitimis personas.*

Habet eandem causam efficientem? Respond. Deus fuit author matrimonii, ut est officium naturæ: Christus fuit author illius, ut est Sacramentum. Quod atinet verò ad ministrum, ipsi contractantes sunt ministri, licet modò necessaria sit presentia parochi, ut infra dicetur.

Quare contractantes sunt ministri? Respond. Ille dicitur minister Sacramenti, qui producit formam illius, & applicat eam materiæ: sed contractantes hoc faciunt; forma enim matrimonii est sensibilis obligatio; parochus

autem non potest obligare alios: ipsi vero contrahentes possunt facere obligationem suorum corporum per expressionem consensu: ideo ipsi ministri sunt formæ, & Sacramenti.

Num. 13.

In utroque Matrimonio est idem finis, effectus, seu medium, & forma? Resp. in matrimonio, quod est Sacramentum, ista sunt multa digniora, & ampliora: ait enim Catech. habere naturam multo præstantiorem, & ad altiorum finem selecti.

Ibidem.

Quinam est proprius finis Matrimonii, ut est Sacramentum? Resp. ait Catech. Matrimonium ut est naturalis coniunctio ad propagandum humanum genus, ab initio institutum est: ut verò est Sacramentum, supradicto fini superaddit rationem finalem hanc, ut populus ad veri Dei, & Salvatoris nostri cultum, & religionem procreetur, atque educetur, necnon ut significet maximam Christi unionem cum Ecclesia.

Seff. 24. r. 1.

Quis est proprius effectus Matrimonii ut est Sacramentum? Resp. effectus, quem facit Matrimonium ut est à natura, est amor naturalis, ait Concilium: ut verò est Sacramentum, habet effectum, & gratiam, quæ, ait Conc. naturalem illum amorem perficit, & indissolubilem unitatem confirmat, conjugesque sanctificat, & hoc Christus promeruit in sua passione: Vnde pater, quod effectus Matrimonii est gratia, quatenus tria facit. Primò amorem conjugum perficit. Secundo unionem, & conjunctionem, seu obligationem confirmat. Tertio conjuges sanctificat. Vnde sequitur ipsos habiles reddi ad virtutes procreandos, & ad religiose educandos liberos ex Matrimonio susceptos.

Seff. 24. r. 1.

Quenam est natura, & vis Matrimonii ut est Sacramentum? Resp. Est vis producendi gratiam ratione jam dicta, & per illam dignissimum finem Matrimonii consequendi.

Ex seff. 24.

ca. 1. & C.
R. n. 15.
& c.

Quare Christus voluit instituire hoc Sacramentum cum tali virtute? Resp. duplici potissimum de causa. Prima est, ait Catech. ut sic rectè declararet arduissimam unionem, & amorem sui cum Ecclesia, necnon lux imbecille organo charitatis. Altera est, quia cum vellet sanctificare populum Christianum, & Deo illum reddere gratum, rectissimè factum est, ut non solum homines jam nati san-

ctificarentur, sed etiam, ut genitores, & illorum vnio, procreatio, & filiorum educatio sanctificaretur; sic enim ex radice, ex arbore sanctificativa, necnon ex sancta productione, filii tanquam fructus provenient: vnde erunt magis sancti, & Deo plus grati.

Comparatio Sacramenti Matrimonii cum Matrimonio naturali. Num. 4.

Matrimonium ut est Sacramentum, estne dignius, quàm sunt alia Matrimonia? Resp. Ita est.

Qua ratione? Resp. Cat. ponit quatuor gradus inter Matrimonia. Primus & infimus gradus est in lege naturæ post peccatum: inter gentes enim erat Matrimonium, vnde supra & adulteria vindicabant: & in matrimonio gentes aliquid divinum inesse arbitrabantur, sed tamen minimum sanctitatis habebant. Secundus gradus erat Iudæorum, qui sanctiori quadam ratione matrimonia contrahabant, nempe ea intentione, ut filios procreando, electam populi sobolem ex qua Christus nasciturus erat, propagarent. Sed due imperfectiones in Matrimonio Iudæorum erant: vna quia secundum legem Moysis, licebat aliqua de causa dato libelli repudio, cum vxore divortium facere: altera quod ex Dei indulgentia licebat plures vxores habere. Tertius gradus est, legis naturalis autè peccatum; tunc enim, & vnus tantum ducebat vxorem, & illam nunquam dimittere permillum erat. Quartus gradus est legis Evangelicæ, & hic est perfectissimus: primò quia habet omnes perfectiones conjugii naturalis: secundò, quia superaddit perfectiones supernaturales, sicuti modò dictum est.

Quod inter duas tantum Matrimonium esse potest.

Num. 5.

Vnus vit potest duceere plures vxores, vel vna mulier plures maritos? Resp. Concilium Trid. determinat de fide non licere nisi inter duas, & nullum Christianam posse habere vxores plures: & hoc, ait, divina lege prohibitum est.

Vnde habetur hoc esse prohibitum? Resp. Conc. ait haberi ex Gen. cap. 1, vbi dicitur, & erunt duo in carne vna; duo enim tantum dicit: dicit etiam in singulari, ad-

Num. 15.

Num. 18.
& 19.

Seff. 10. r. 2.

Seff. 24. r. 2.

Seff. 24. r. 1.
C. R. n. 19.
& 20.

habebit uxori suae: similiter ex Evangelio, ubi Christus ait: *itaque iam non sunt duo, sed una caro: dicit enim duo, & valorem inter duos significat; & alibi etiam docetur, ut à Catechismo est explicatum.*

Num. 19. Quid si infidelis iuxta morem gentis suae haberet plures uxores, & ad fidem Christianam converteretur, quid esset faciendum? Resp. ait Catechismus, iuber cum Ecclesia ceteras omnes relinquere, ac priorem tantum iuste, & legitime uxoris loco habere.

De indissolubilitate Matrimonii, eiusque utilitate.

Num. 6.

Ses. 24. c. 5. 6. 7. 8. Potestne fieri separatio inter virum, & uxorem? Resp. triplex est separatio, una quoad thorum, *id est lectum; alia quoad habitationem, id est domum; tertia quoad divortium, seu realem dissolutionem vinculi matrimonii: prima, & secunda potest esse; tertia verò in lege Evangelica nulla ratione, nisi in Matrimonio rato, & non consummato: quod per confessionem in religione approbata dissolvi potest.*

Coniuges propria auctoritate possuntne facere separationes quoad thorum? Resp. possunt, si sint unanimi consensu, & praecipue ad tempus, ut vacent orationi, modo non adit periculum incontinentiae?

Possunt seipos quoad domum, & habitationem? Resp. non possunt propria auctoritate.

Confessor potestne praecipere separationem quoad thorum, & habitationem? Resp. potest, si adit aliquod impedimentum dirimens, per quod cohabitare sine peccato non possint.

Ses. 24. c. 8. Ecclesia potestne separare quoad thorum, & habitationem? Resp. Conc. Trid. ait posse ob multas causas, & determinat haereticum dicere quod errat hoc faciendò.

Ibidem. Ecclesia potestne ob aliquam causam, veluti propter a. 1. & 7. haerem, aut adulterium, aut molestam cohabitationem, aut Ses. 24. c. 1. affectum absentiam à coniuge, dissolvere vinculum matrimonii? Resp. non potest, & est de fide.

20. c. 1. Est certum quod Matrimonium ratum, & non consummatum potest dissolvi per solemnem religionis professionem? Resp. est de fide.

Vade habet, quod vinculum Matrimonii omninò in-

dissolubile sit? Resp. ex Evangelio: Christus enim dixit, *Quod Deus coniunxit, homo non separet. Ex Mat. 19. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mactatur: & S. Paul. 1. Cor. 7. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit. Et rursum: Illi qui matrimonio iuncti sunt, praecipio, non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innoctam, aut viro suo reconciliari.*

Num. 21.

Expeditne ob bonum publicum, quod Matrimonium omninò indissolubile sit? Resp. ait Carech. expedit privò, quia sic homines in coniungendis Matrimonii virtutum potibus, & morum similitudinem, quam divitias & pulchritudinem spectandam intelligunt; qua quidem re communi societati maximè consulitur, ut perpetua esse possit: secundo si Matrimonium possit dissolvi, diabolus infinitas occasiones offerret, per quas divortium expeteretur; & sic maximè amor conjugum minueretur, cum cogitarent unionem dissolubilem esse: cum verò sciunt esse indissolubilem, sunt tardiores ad iracundiam, & ad dissidia, & si quandoque quoad habitationem separantur, per amicos reconciliati ad convicium ejus redeunt: terò illis, qui nati essent ex Matrimonio, maximum damnum sequeretur ex separatione parentum: quartò illud divortium sine offensione famæ viri quique conjugum fieri non potest: iustum ergo & vile est ita elle.

Licetne viro cohabitare, vel reconciliari cum uxore adultera? Resp. vel adultera est penitens, vel impenitens: si impenitens, non licet viro cohabitare, vel reconciliari cum illa, quia sic videretur consentire peccato illius: si verò sit penitens, sicut Christus, & Ecclesia recipiunt illam, ita ait D. Aug. vir potest, & debet cohabitare cum illa.

Num. 22.

De triplici bono Matrimonii. Cap. 17.

Q uot sunt bona matrimonii? Resp. tria, proles, fides, Num. 23. Sacramentum.

Quod bonum est proles? Resp. ipsi filii, qui ex iusta & legitima uxore suscipiuntur: ad quod bonum duo reducuntur, vnum est legitima procreatio, aliud religiosa, & virtuosa educatio, de qua educatio in scriptura multa exempla reperiantur.

Num. 24. Quod bonum dicit fides ? Resp. illam fidelitatem qua conjuges fidem maritalem servare, & sanctum conjugii fœdes nunquam violare teneatur. Dicit quoque hoc fides, singularem quandam, purum, & sanctum amorem, quo vir, & vxor se diligere debent: sicut enim Christus dilexit Ecclesiam ob illius vitiatatem, non suam: ita conjuges se invicem debent diligere, non tanquam adulteri, sed tanquam conjuges, & quia non duo, sed vna sunt caro.

Num. 25. Quod bonum est sacramentum ? Respond. est illud vinculum Matrimonii, quod nunquam dissolvi potest. Hoc enim vinculum, & bonum est, & multa bona secum affert.

*De mutuo amore, & officiis inter virum, & uxorem.
Cap. V.*

Num. 24. **C**onjuges debent se invicem diligere ? Resp. debent, & maximo amore.

Quis debet magis diligere, vxor an pater ? Resp. magis reverenter pater, magis intensè vxor diligi debet.

2. 2. p. 126. Quotplex amor datur inter conjuges ? Resp. triplex.

art. 1. 1. Primus est naturalis, & hic oritur ex instinctu nature inclinante virum, & mulierem ad mutuum, & maritalem societatem.

Num. 24. Secundus est humanus, & hic provenit vel ex divitiis, aut pulchritudine, aut nobilitate, & similibus. Tertius est Christianus, & hic amor non provenit ex alia re, quam ex hoc, quod conjuges sunt, & quod Christus præcipit illis, ut summè diligant se.

Quomodo conjuges debent se diligere ? Resp. primò quia conjuges sunt: secundò quia Christus ita præcipit, amor verò humanus non est magni faciendus, quia si quis diligit conjugem ob juventutem, sanitatem, pulchritudinem, divitias, honores, cum hæc deficient, cessabit amor: inter conjuges autem perpetuus amor esse debet, quia perpetuò conjuges sunt.

De officio mariti erga uxorem.

Num. 2.

Num. 16. **Q**uomodo se debet gerere maritus erga uxorem ? Resp. ait Cat. debet illam honorificè, & liberaliter tractare: & sicut Adam, illam exultimare non servam, sed sociam; sicut enim non est facta ex capite, ne esset domina viri,

vir: neque ex pedibus, ne esset serva, sed ex costa, ut significaretur societas, ita ut sociâ, & haberi, & diligere debet: Debet quoque vir in aliqua re honesta se occupare, tum ut familiæ suppeditet necessaria, tum ne inertis, & pessimo olo languiscat: Debet familiam rectè constituturè, omnium mores corrigere, singulos in officio continere.

De officio uxoris erga maritum.

Num. 3.

Quæ sunt partes uxoris erga maritum ? Resp. primò debet esse subdita viro in omnibus, quæ legi Dei non contrariantur, illique summa cum animi alacritate obtemperare. Secundò debet se abstinere à pompis, & impensis superfluis, ita vanos ornatus, & cultus vitare debet.

Tertiò earum præcipuum studium esse debet liberis in religionis cultu educare, & domesticas res diligenter curare; quare domi libenter se continere debet, nisi necessitas exire cogat, idque sine viri permisso facere nunquam audere debet. Quintò quam maximè debet cavere, ne aliquem, aut magis diligit, aut pluri faciat quam maritum.

*De ritibus ante, & post Matrimonium adhibendis.
Cap. VI.*

Quiritus sunt observandi in celebratione Matrimonii? Resp. quidam sunt adhibendi ante, quidam in Matrimonio, quidam post illud.

De publicationibus. Num. 2.

Quid debet fieri ante Matrimonium ? Resp. denunciationses.

Quot ? Resp. tres.

A quo ? Resp. à proprio contrahentium patrocho, id est à patrocho, vel parochis viri, & mulieris.

Quando ? Respondemus tribus continuis diebus festivis.

Vbi ? Resp. in Ecclesia inter Missarum solemnias, & publicè.

Quid debet denunciari ? Resp. inter quas personas Matrimonium sit contrahendum.

Ad quid sunt denunciationses ? Resp. ut videatur si legitimum opponatur impedimentum.

Possunt omitti, vel postponi ? Respond. possunt, si

R

Num. 27.

sess. 24. c. 6.

1. R.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

justa adit ecclia, & Episcopi licentia.

videm. Quæ causa dicitur ista? Resp. ait Conc. Cùm probabiliter fuerit suspicio Matrimonium impediri posse, si tor præcesserint denunciations.

De tribus in celebratione Matrimonij adhibendis.

Num. 3.

Res. 24. c. 1. Quid debet fieri in celebratione Matrimonii? Resp. Concilium ita statuit.

videm. Primò, Matrimonium si nullum adit impedimentum, debet fieri in facie Ecclesie.

videm. Secundò, debet adesse proprius Parochus, vel alius sacerdos de illius, seu Ordinarii licentia.

videm. Tertio, debent adesse saltem duo testes, & sine presentia Parochi, & duorum testium matrimonium nullum esse, Conc. declarat.

videm. Quarto, Parochus debet interrogare virum, & mulierem an velint contrahere Matrimonium de presenti, & certificari de illorum mutuo consensu.

videm. Quintò, Parochus debet dicere hæc verba: Ego vos in Matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: vel aliis ritibus iuxta receptum vniuersaliæ Provincie ritum. Ista autem verba non sunt forma Matrimonii, quia forma est illa, quæ antea dicta est.

videm. Sacerdos, qui alterius Parochiæ sponso Matrimonio coniungit, incurrit suspensionem.

De censurâ, & ritibus post Matrimonium adhibendis. Num. 4.

videm. Quid est faciendum post celebrationem Matrimonii? Resp. Concilium ita statuit.

videm. Primò, Parochus in libro ad hoc destinato nomina coniugum, & testium, diemque, & locum contracti Matrimonii describit, & librum apud se diligenter custodiet.

videm. Secundò, Concilium hortatur, vt coniuges ante benedictiones sacerdotalem in eadem domo non cohabitent.

videm. Tertio, statuit benedictionem à proprio Parocho debere fieri in Ecclesia, & si alius illum fecerit sine licentia Parochi, vel ordinarii, ipso facto suspensionem incurrit.

Quarto, Concilium ait servandas esse laudabiles, & re-

ceptas consuetudines locorum, si quæ sunt.

Parochus scierit in primis nuptiis benedictionem hanc *D. Thom.* esse faciendam: si etiam respectu mulieris sint primæ nuptiæ, etiam si fuerint secundæ respectu viri, benedictio fieri debet: si verò sint primæ respectu viri, secundæ respectu mulieris, non debent benedici.

De nuptiis Concilium prohibet solemnitates ab *Ad. Sef. 24. c. 10* ventu vsque in diem Epiphaniæ: & à feria quarta Cinerum, vsque ad Octavam Paschatis inclusive. In aliis temporibus nuptias solemniter celebrari permittit, modò ea, qua decet modestia, & honestate fiant.

De administratione & usu huius sacramenti.

Cap. VII.

Parochus est minister huius Sacramenti? Resp. ipse non est minister, quia non potest producere materiam & formam Sacramenti; debet autem interesse, vt Matrimonium fiat in facie Ecclesiæ, & vt validum sit, & non clandestinum; & debet fieri ea ratione, quæ à sacro Concilio tradita est.

De susceptione huius Sacramenti, & preparatione ad illud. Num. 2.

Quid debent facere conjuges, vt rectè suscipiant hoc *Num. 3.* Sacramentum? Resp. quæ sequuntur.

Primò suscipientes debent carere omni impedimento, præcipuè ditimente.

Secundò debent carere peccato mortali, quia aliter contrahendo peccarent mortaliter.

Tertio Concilium horrat conjuges, vt antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sacram Eucharistiam accedant.

Quarto in hoc Sacramento requiritur devotio *& reue. Num. 3.* renia, cùm sit res sancta, atque divina.

Quinto maximè expedit habere rectam intentionem, & *ibidem.* non contrahere, vt libidini, ac voluptati vacent sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: sed intentio debet fieri ad fines qui iam dicti sunt, nempe vt liberos suscipiendi, & rectè educandi: vel causa vitandæ fornicationis, vel ob commoda mutæ societatis, vel ob institutum nature ad hoc inclinamentum.

Num. 32. Sexto quam maxime convenit ut filifamilias patribus & his in quorum fide, & potestate sunt, cum honorem tribuant, ut ipsis prescientibus, necum invidis, & repugnantibus matrimonia iurant: quia ita Apostolus monet faciendum, & in veteri Testamento legitur servatum fuisse.

De debito reddendo. Num. 3.

Conjuges tenentur reddere debitum alteri petenti? Resp. tenentur sub reatu peccati mortalis, si non adsit legitima causa negandi. Ratio est, quia vnus coniux est dominus corporis alterius, ideo cum vnus petit debitum, ius suum querit, & ob periculum incontinentiæ negari non debet.

Num. 13. Quanam intentio debet haberi in debito petendo, atque reddendo? Resp. ait Catech. curandum, ut non voluntatis, aut libidinis causa matrimonio opera detur, sed iuxta illos fines, qui matrimonio prescripti sunt; ideo sanctus Hieron. ait, *Nihil est fudius quam uxorem amare quasi adulteram.*

Num. 30. Coniuges aliquando debent abstinere ab actu Matrimonii? Resp. ait Catech. aliquando ab officio Matrimonii debent abstinere, causa Dum orandi, & obsecrandi, & precipue tempore Quadragesimæ. Ait etiam in primis id observandum esse tribus saltem diebus antequam sacramentum Euchristiam percipiant, & hoc debet intelligi de his qui ad illam ratō accedunt.

De peccatis qua possunt committi contra Matrimonium. Cap. VIII.

Cate. ver. Matr. **Q**uæ peccata committuntur contra Matrimonium? Resp. quædam ante, nonnulla post, & aliqua in Matrimonio perpetrantur.

Quænam ante Matrimonium? Resp. primò non servando fidem per sponsalia datam alicui; secundo omittendo publicationes, sine facultate; tertio per desideria, tactus, & opera inhonesta, cum sponsa promissa; non enim licet delectari in cogitatione talis copulæ, quia nondum licet cum futura sponsa copulam habere: nec voluntariè est vxor sua: tactus quoque obsceni, vel affectu vitioso cum ipsa, peccata mortalia sunt, & hoc peccatum est frequens,

& de illo debet populis injici scrupulus, & multi Episcopi talem culpam sibi reservant ob infinita damna, quæ quandoque ex illa contingunt.

Quæ peccata in contrahendo Matrimonio committi possunt? Resp. primò si quis in peccato mortali positus, de quo non sit confessus, aut contritus; contrahat, mortaliter peccat: & de hoc populi debent admoneri, quia pauci hoc advertunt aut curant: secundo si Matrimonium fiat clandestinum: tertio si contrahens habeat finem malum; est mortale, velut adulterandi, furandi, lenocinandi: quarto quando aliquis contrahit contra sponsalia valida, vel contra votum castitatis, vel religionis, vel non nubendi, vel contra interdictionem superiorum, & est mortale: quinto si contrahatur contra aliquid impedimentum dirimens, & si sciens, est mortale.

Quæ post contractum committi solent? Resp. primò qui habens votum religionis contraxit Matrimonium, non solum peccavit mortaliter contrahendo, sed etiam peccat mortaliter prima vice tantum consummando: Post enim consummatum Matrimonium potest debitum petere, & reddere sine peccato: & qui contraxit cum voto castitatis, non solum peccat prima vice consummato, sed quoties petit debitum; potest tamen petenti reddere: secundo, quando ob aliquid impedimentum Matrimonium est nullum, est mortale, non solum petere aut reddere debitum, sed etiam tactus, & oscula obscena talia sunt, necnon desideria, & voluntariæ delectationes in corde: tertio est mortale quoties coniuges exponunt se periculo pollutionis extra vas debitum, vel adhibent modum procreationis filiorum non accomodatum, vel adhibent aliquid ad efficiendam sterilitatem, vel procurandam abortum: quarto est mortale accedere ad coniugem cum affectu voluntario ad aliam personam; similiter desiderio, vel opere consentire in adulterium cum alia persona: quinto est mortale negare debitum sine iusta causa, qualis est si adsit periculum infirmitatis, vel alter coniugum adulterium commisit.

Quando matrimonium est nullum ob aliquid impedimentum, quid debet facere confessarius? Resp. si impedimentum utriusque coniugum notum est, debet confessarium obligare, ut separentur a toto; & ut petant dispensationem.

nem, si speretur, vel alia ratione provideatur: & quod non petant, nec reddant debitum, nec actus illicitos faciant. Si vero alter tantum faciat, & impedimentum non potest detegi, imponendum est scienti, ut non petat debitum, nec reddat eo meliori modo quo potest.

De impedimentis Matrimonii. Cap. IX.

Num. 30. P^rochois & confessoris est necessaria cognitio impedimentorum Matrimonii? Resp. est.

Ses. 24. c. 4. Quis est author horum impedimentorum? Resp. Ecclesia.

Ses. 24. c. 1. Ecclesia potest annullare Sacramentum Matrimonii? Resp. non, sed potest reddere aliquos inhabiles ad contrahendum.

Ar. ex sess. 24. Quomodo est hoc? Resp. Matrimonium nunquam erit nisi sit materia, & forma illius: materia autem matrimonii sunt fideles, in quo Ecclesia magnam potestatem habet, forma est mutua obligatio: cum itaque Ecclesia possit reddere aliqua de causa fideles inhabiles ad se obligandum, ex hoc fiet, quod Ecclesia impedit obligationem, & ex consequenti Matrimonium, quod sine dicta obligatione esse non potest.

Ibidem. Quomodo potest impedire aliquis ne obliget se? Resp. passim leges hoc faciunt, veluti quod infans, vel furiosus, vel ebrius, quod filiusfamilias, vel vxor non possint se obligare cum præiudicio patris, vel matris. Ita leges statuunt testamentum, vel sententiam non valere, aut obligate, si tales condiciones non habeat: hoc igitur Ecclesia facere potest.

Ses. 24. c. 1. Quotuplex est impedimentum? Resp. duplex, aliud dirimens, aliud non dirimens.

Num. 1. Quænam est differentia? Resp. dirimens aufert facultatem se obligandi, & inhabilitat ad contrahendum: non dirimens prohibet quidem contrahere, sed non aufert facultatem, vel habilitatem se obligandi; ideo in hoc valet, in alio non valet Matrimonium.

cap. 22. Ecclesia sine causa ponit hæc impedimenta? Resp. nequaquam, sed iustus de causis facit.

Num. 30. Quæ sunt causæ iustæ? Resp. quatuor præcipuè: prima est peccatum, vel indignitas contrahentis: secunda præiudicium alterius, siue contrahentis, siue non contra-

Ibidem. hentis: tertia circumstantia, quæ Matrimonio repugnet: quarta circumstantia, quæ bono publico contrarietur.

De impedimentis non dirimentibus.

Num. 2.

Quor, & quæ sunt impedimenta non dirimentia? Resp. Nav. ponit duodecim.

Primum est interdictum: id est, prohibitio facta à superiore ne contrahatur, vel non sine tali re, veluti publicationibus.

Secundum, setiæ, id est prohibitio, ne in Quadragesima, & Adventu contrahatur.

Tertium, sponsalia, id est promissio facta alteri, quod ducet illum in maritum, vel vxorem: qui enim promissit ducere vxorem, non potest ducere aliam: sed si ducatur, tenet Matrimonium.

Quartum, Catechismus, id est, si aliquis domi ob peticulum baptizatus à sacerdote catechizetur publice, ut suppleantur omnia solemnitates, tenentes ob Catechismum contrahant impedimentum non dirimens cum catechizato, ac parte & matre illius.

Quintum, votum simplex, siue castitatis, siue religionis, siue non nubendi.

Sextum, incestus, id est, qui peccavit cum consanguinea suæ vxoris, vel mariti, impeditur ducere quamcunque vxorem, vel maritum.

Septimum, uxoricidium, id est, qui occidit vxorem, prohibetur in penam peccati ducere aliam.

Octavum, raptus sponse alterius, id est, qui rapuit sponsam alterius, prohibetur ipse quamcunque ducere sponsam.

Nonum, proptii filii de fonte dolosa susceptio, id est, si quis dolose tenuit filium in Baptismo, ad hoc ut inter ipsum & coniugem oriatur similitudo spiritualis, per quam coniuges non possent nec petere, nec reddere debitum: iste prohibetur ne amplius possit contrahere matrimonium.

Decimum, presbytericidium, id est, qui occidit presbyterum, impeditur ducere vxorem.

Vndecimum, Penitentia solennis iniuncta, & facta, qui enim hanc habuit, prohibetur ducere vxorem.

Duodecimum, Matrimonium scienter cum mortali contractatum, id est, qui contraxit cum mortali, etiam illa mor-

Num. 1.
Nav. 68.

tu vel relicta, non potest quamcumque deere vxorem.
 Sess. 24. de. Propter quid ista impedimenta sunt introducta? Resp.
 matr. 2. R. nonnulla propter bonum publicum, ut 1. 2. 3. 4. 5. ali-
 verb. matr. qua ob pœnam peccati, vel ob indignitatem contrahen-
 tis, veluti scx vltima quæ etiam data sunt in pœnam iniu-
 riæ factæ Matrimonio. Nonnulla sunt ob præiudicium
 tertij, ut sponsalia, & alia scx quæ vltima sunt.

Quare ista impedimenta non dirimunt? Resp. quia
 leges hoc non statuunt, & ait Concilium esse, quia multa
 prohibitions scandali, & minus occasiones essent in-
 firmis.

Committitur peccatum mortale in omnibus contrahen-
 do contra illa? Resp. Catech. ait committi solum in in-
 terdicto, in feriis, in sponsalibus, & in voto simplici casti-
 tatis, religionis, & non nubendi: in aliis, ait, non est
 mortale.

Episcopus potestne dispensare in his impedimentis?
 Resp. potest in omnibus, exceptis sponsalibus, & voto
 simplici castitatis, & religionis; si autem votum esset
 non nubendi, posset dispensare.

De impedimentis dirimentibus. Num. 3.

Q Vot sunt impedimenta dirimentia? Resp. communi-
 ter ponuntur duodecim: sed alia tria addita sunt, &
 ideo quindecim erunt.

Num. 12.
 Num. 30.

Quæ sunt duodecim prima? Resp. contenta in his ver-
 bis: *Error, conditio, votum, cognatio, erimen, Cul-
 tus disparitas, Vis, Ordo, ligamen, Honestas: si se
 affinis, si forde coire nequibus. Hac socianda vetant, con-
 nubia facta retractant.*

Quæ sunt alia tria? Respond. primum defectus legiti-
 mitatis: secundum matrimonium clandestinum, tertium
 inter raptorem, & raptam, dum in illius manet potestate.

De errore. Num. 4.

Ibidem.
 Num. 32.

Q Vis error dirimit matrimonium? Respond. error
 personæ tantum: veluti si quis contrahit cum vna,
 credens contrahere cum alia: si verò error sit tantum in
 qualitate, veluti an sit nobilis, vel dives, vel sana, non dirimit.
 Quare talis error dirimens factum est impedimentum?
 Respond. quia consensus potius esse videtur in aliam pec-

sonam, quàm in hanc, ideo rectè Ecclesia statuit, ut di-
 rimetct.

Conditio. Num. 5.

Q Væ conditio dirimit? Resp. servilis tantum, veluti si
 Quis contrahat cum captiva, credens contrahere cum
 libera; persona enim captiva non potest tradere totalem
 potestatem sui corporis alteri coniugi; vade obligatio non
 est absoluta, sed nimis præiudicialis.

Si quis contrahat cum captiva, sciens esse captivam, te-
 netne? Resp. tenet, quia potest præiudicare sibi.

Si contrahat cum libera credens esse captivam? tenet?
 Resp. tenet, quia nullum illi sit præiudicium.

Votum. Num. 6.

Q Vod votum dirimit? Resp. solenne.
 Quot modis fit votum solenne? Resp. duobus tan-
 tum: primò per susceptionem ordinis sacri: secundò per
 solennem professionem in religione approbata.

Quare hoc votum dirimit? Resp. quia mancipatus di-
 vino cultui maiorcm debet habere mundiciam, & non
 debet suscipere curam domus, vel familie regendæ, &
 ob alias multas causas.

Cognatio. Num. 7.

Q Votuplex est cognatio? Resp. triplex, legalis, spiri-
 tualis, naturalis.

Num. 36.
 &c.

De legali cognatione. Num. 8.

Q Vid est legalis cognatio? Respond. est legalis pro-
 pinquitas ex adoptione alicujus in filium pro-
 veniens.

Quotuplex est ista propinquitas? Resp. triplex, prima
 est inter adoptantem, & adoptatum ac ejus descendentes;
 & hæc semper manet: secunda est inter adoptatum, &
 filios adoptantis, & hæc tollitur, si adoptatus desinat
 esse talis, vel si filius naturalis adoptantis desinat esse
 sub potestate patris: tertia est inter vxorem adoptati, &
 adoptantem, & inter vxorem adoptantis, & adoptatum, &
 hæc perpetuo durat.

Qualibet harum dirimit? Respondemus, ista est; quia
 hæc propinquitas valde accedit ad propinquitatem natu-
 ralem, quæ dirimit; secunda tamen cum aufertur, non
 dirimit.

De cognatione spiritali. Num. 9.

Ibidem.
Num. 36.

Quid est cognatio spiritalis? Resp. est attentio iuratum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur per Baptismi, & Confirmationis administrationem, vel per susceptionem batizati, vel confirmati.

Quare hoc impedimentum est introductum? Respondemus quia accedit ad cognationem naturalem: baptizans enim & tenens sunt patres spirituales; ideo oritur propinquitas.

D. Theop. 9. 36. art. 1. Baptizans, vel Confirmans cum quo contrahit? Resp. cum baptizato, ac patre, & matre illius.

Tenentes cum quo contrahunt? Resp. cum eo, quem tenent, & patre, ac matre illius.

Tenentes contrahunt inter se? Resp. non.

Contrahunt affinitatem cum baptizante? Resp. non.

De cognatione carnali, vel naturali.

Num. 10.

Quid debet considerari circa impedimentum cognationis carnalis? Resp. ista. Primum quid sit hæc cognatio, & quid significet: Secundò debet considerari quid, & quotuplex sit linea: Tertio quid sit gradus: Quarto quibus regulis cognoscatur numerus graduum: Quintò de impedimento, quod oritur ex hæc cognatione: Sextò de causa talis impedimenti.

N. cap. 21.
Num. 41.

Quomodo appellatur cognatio naturalis? Resp. Consanguinitas.

Quid significat hoc nomen, Consanguinitas? Resp. communionem sanguinis.

Quot modis fit communio sanguinis? Resp. duobus: primus est si vnus descendat ab alio; filius enim qui descendit à patre, communicat sanguini patris; ex sanguine enim iphus genitus est: secundus est, si duo ab aliquo tertio proveniant; fratres enim qui ab eodem patre proveniunt, communicant in eodem sanguine patris, quia ab eodem sanguine geniti sunt.

Ibidem.

Quomodo definitur Consanguinitas? Resp. sic: Est propinquitas, anarum personarum, ex eo quod vna ex altera, vel amba ex eadem descendunt, id est, propinquitas hæc oritur ex duplici communionem sanguinis modo dicta. Definitur etiam sic: Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendendum.

In hac consanguinitate quid debet considerari? Resp. sicut ver. Primum stipites. Secundò linea. Tertio gradus. Quarto personæ. Et debet considerari quod in vno stipite possunt esse plures lineæ. In vna linea possunt esse plures gradus. In vno gradu dantur plures personæ.

Quid est stipis? Resp. est veluti truncus arboris, à quo plures rami procedunt: ideo persona illa, à qua aliæ personæ per propagationem derivantur, veluti pater, quo filii descendunt, stipis appellatur.

Quid est linea? Resp. est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum: in vna enim linea plures personæ consanguinæ cum ordine colliguntur.

Quot sunt lineæ? Resp. tres, prima est ascendendum, ibidem. id est, in qua ordinantur personæ ascendentes. Secunda est descendendum, id est, in qua ordinantur, & colliguntur personæ descendentes. Tertia dicitur collateralis, id est, que ordinat personas à latere existentes.

Quæ personæ dicuntur ascendentes, descendentes, & collaterales? Resp. personæ ascendentes sunt illæ quæ sunt supra aliquem, veluti pater, avus, proavus. Descendentes sunt illæ, quæ sunt infra, vt filius, & nepos. Laterales sunt illæ, quæ à latere proveniunt, vt fratres, & filii fratrum. Ideò duæ sunt lineæ tantum, vna dicitur recta, quæ colligit tum ascendentes, tum descendentes; alia dicitur lateralis, quæ colligit personas, non invicem, sed ab alio tertio descendentes. Linea enim recta oritur ex eo, quod vna persona provenit ab alia: Linea lateralis oritur ex eo quod duæ vel plures personæ ab eadem aliqua persona proveniant.

De gradibus, & illorum regulis.

Num. 11.

Ux differentia est inter lineam, & gradum? Resp. ibidem. Linea est veluti scala, sicut autem in scala plures sunt gradus, & quo plures sunt gradus, eo scala existit longior: ita in linea est, dantur enim in illa gradus, quibus longitudo vel distantia lineæ innotescit.

Ad quem finem datur linea? Resp. ad colligendas personas consanguinitate coniunctas.

Ad quem finem dantur gradus? Resp. ad denotandam distantiam, quæ inter dictas personas reperitur; vbi enim sunt plures gradus, ibi maior distantia est; & ideo per gra-

Secundum, de matrimonio, ut officium naturæ.

Tertium de illo, ut est sacramentum, & de causis illius.

Quartum, de triplici bono matrimonii.

Quintum, de amore, & mutuis officiis inter maritum & uxorem.

Sextum, de ritibus matrimonii.

Septimum, de visu, & de susceptione eiusdem.

Octavum, de peccatis, quæ possunt committi circa illud.

Nonum, de impedimentis Matrimonii.

De natura Matrimonii, seu de nomine, & de definitione.
Cap. I.

Num. 1. **Q**uot nomina habet Matrimonium? Resp. tria, Matrimonium, Coniugium, Nuptiæ.

Ibidem. Vnde dicitur *Matrimonium*? Resp. à matre; finis enim Matrimonii est, ut femina fiat mater, suscipiendo liberos, & fungatur officio matris rectè illos educando.

Ibidem. Vnde dicitur *Coniugium*; à coniungendo, quòd legitima mulier cum viro quasi uno iugo adstringatur, ut simul libetorum & domus curam gerant.

Ibidem. Quare dicitur *Nuptiæ*? Resp. quia puella pudoris gratia se velabant, seu obnubebant, quo etiã significabatur, quod viris obedientes, & subiectus esse oportet.

De definitione Matrimonii. Num. 2.

Quomodo definitur matrimonium? Resp. Cat. Quidam clarissimi viri videntur definire Matrimonium, quod sit quidam consensus viri, & mulieris: sed hoc debet intelligi, ut dicant consensus non esse formam, sed causam effectivam Matrimonii. Vera igitur definitio erit hæc: *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas personas, individuam vite consuetudinem retinens.*

Num. 5. Hæc definitio est perfecta? Resp. est, quia continet quatuor causas, materialis, & efficiens significantur per illa verba, *Viri, & mulieris, & inter legitimas personas.* Vir enim, & mulier sunt res quæ coniunguntur in Matrimonio, & amplius ipsimet sunt, qui per mutuum consensum se coniungunt. Si enim, ut ait Catech. consensus est causa efficiens Matrimonii, & vir, & mulier auctores sunt istius consensus; certum est, quod ipsi sunt causa efficiens

Matrimonii: Causam formalem & finalem exprimunt illa verba, *maritalis coniunctio individuam vite consuetudinem retinens.* Maritalis enim significat formam coniunctionis, & finem, qui est ut femina fiat mater: Ita individua vite consuetudo significat indissolubilitatem coniunctionis, & finem, qui est ad commoda mutæ societatis.

Quare ponitur illa particula, *inter legitimas personas*? Resp. quia materia debet esse legitima.

Quæ persone sunt legitimæ? Resp. illæ, quæ non prohibeantur contrahere Matrimonium à legibus, ita ut si contrahant, Matrimonium sit nullam, & de hoc in cap. vltimo dicitur.

Quare dicitur coniunctio? Resp. quia in hoc potissimum *Ibidem.* natura, & vis Matrimonii posita est.

Qua ratione? Resp. ait Catech. quatuor in Matrimonio considerantur. Primum est consensus interior, & non per verba significatus. Secundum sunt verba experimenti interioris consensus, *id est*, pactio externa. Tertium est obligatio, seu vinculum, seu nexus, seu coniunctio (his enim verbis Catechismus pro eodem accipere videtur.) Quartum est consummatio Matrimonii, seu copula carnalis. Primum, *id est*, consensus interior solus, neque est causa formalis, nec materialis Matrimonii: Consensus autem verbis de presenti expressus non ab uno tantum contrahentium, sed ab utroque, ait Catechismus, causa efficiens est Matrimonii. Concubitus, & copula carnalis non est de essentia Matrimonii: sola autem obligatio, & coniunctio, forma & perfectio matrimonii est.

Quare additur *Maritalis*? Resp. ad distinguendum quænam coniunctio Matrimonium efficiat; cum enim mutæ sint coniunctiones, & obligationes, veluti ad bellandum, ambulandum, navigandum, opus fuit declarare, quæ præcisa coniunctio matrimonium sit: idè dicitur maritalis, *id est* talis, quæ vir possit fieri pater, mulier mater.

Quare ponitur *individuam vite consuetudinem retinens*? Resp. ut ostendatur, quod hæc coniunctio maritalis non est sicut fornicaria, quæ citò potest dissolvi, sed est coniunctio perpetua, & indissolubilis.

3. p. 7. 34. A quo fuit introductum hoc impedimentum? Resp. aut
 D. Th. partim à lege divina, partim à naturali, partim ab
 humana.

Ibidem. Ob quam causam fuit introductum? Respond. in linea
 recta est introductum, quia superioritas, & inferioritas
 ascendendum, & descendendum repugnat societati quæ
 in Matrimonio reperitur; coniugium enim societatem
 dicit.

Secundò consanguinei debent esse censes, & defen-
 sores, non violatores pudicitie aliorum. Tertio daretur
 maxima occasio incontinentie, & concupiscentie, si natu-
 ra inter consanguineos permitteret coniunctionem. Quar-
 to, quia genus humanum magis colligitur, si conjunctio
 maritalis fiat inter diversas familias. Hæc D. Thom.

De impedimento criminis. Num. 12.

Num. 12. Quid est hoc impedimentum? Resp. sunt quedam cri-
Num. 16. mina legitimum Matrimonium violentia, per quæ
Caus. 177. committentes illa redduntur inhabiles ad Matrimonium
matrim. inter se contrahendum.

Quot sunt ista crimina? Resp. multi dicunt duo, sed ma-
 gis distinctè eum Galetano quatuor esse dicuntur.

Primum est homicidium prioris conjugis de consensu
 utriusque contrahentium; veluti Berta est vxor Petri, Ti-
 tius, & Berta de communi consensu faciunt occidere Pe-
 trum, & post mortem illius contrahunt Matrimonium:
 dicitur quod hoc Matrimonium est nullum, propter tale
 homicidium commissum, quod est impedimentum dis-
 mens Matrimonium.

Secundum crimen est homicidium de consensu vnus
 tantum, sed adulterium quoque inter verumque commis-
 sum est. Veluti Titius commisit adulterium cum Berta
 vxore Petri, & inficia Berta occidit Petrum: postea con-
 traxit Matrimonium cum illa; dicitur esse nullum, quia
 hoc crimen dirimit Matrimonium.

Hæc est autem differentia inter primum & secundum
 crimen: Primum dicit tantum vnum crimen homicidii,
 sed de consensu utriusque: Secundum dicit duo crimina,
 homicidium de consensu vnus tantum, & adulterium in-
 ter verumque.

Tertium crimen est adulterium cum sponsalibus per
 verba de futuro, veluti Berta commisit adulterium cum

Titio: & per verba de futuro promittunt inuicem quod
 post mortem Petri contrahent Matrimonium inter se.
 Tale crimen dirimit Matrimonium, si illud contraxerint
 post mortem Petri.

Quantum est adulterium cum Matrimonio, per verba *D. Th. 3. p.*
de presenti. Veluti Titius commisit adulterium cum *9. 60. art.*
 Berta, & per verba de presenti, viveat Petro contrahit *2. sup.*
 Matrimonium cum illa: in hoc casu non solum non valet
 hoc matrimonium, sed dirimitur etiam, si post mortem
 Petri de novo contraherent illud.

Quare hæc impedimenta sunt introducta? Resp. pro-
 pter bonum publicum, & bonum Matrimonium, & praudi-
 cium tertii, nempe vt auferatur occasio adulterandi, & oc-
 cidendi legitimum coniugem, quia hæc sunt contra bo-
 num matrimonium.

Cultus disparitas. Num. 13.

Quid est disparitas cultus? Resp. differentia religionis, *Num. 12.*
 & cultus, qui Deo debetur. *Num. 44.*

Qualis disparitas cultus dirimit matrimonium? Resp.
 illa, quæ est inter fidelem, & infidelem.

Quare hoc? Resp. quia infidelis, cum non sit baptiza-
D. Tb. 3. p. tus, non est capax alicuius sacramenti; ideo Matrimo-
9. 59. sup. nium inter ipsum, & fidelem, vt est sacramentum, est nul-
 lum: vt verò est officium nature, rectè prohibetur dari,
 quia tanta defectio religionis maritali coniunctioni,
 & societati repugnat.

Si vxor infidelis conuertatur ad fidem, manente viro
 infideli, quid fiet? Resp. si maritus consentit habitare cum
 illa absque iniuria creatoris, id est non blasphemari illum,
 nec tentat reducere illam ad infidelitatem, poterunt simul
 habitare, tanquam maritus, & vxor: si autem periculum
 aliquod adfit, non erit permitendum; & tali de causa ma-
 trimonium potest dissolvi.

Si hæreticus contrahat cum catholica, tenet? Resp. tenet,
 quia hæreticus est baptizatus, & propter hæresim
 vinculum Matrimonij dissolvi non potest: propter peri-
 culum tamen infidelitatis, Matrimonium poterit separari
 quoad thorum, & habitationem.

De vi dirimente. Num. 14.

Num. 22. **Q**uæ vis dirimit Matrimonium? Resp. illa, quæ cadit
 Num. 50. in constantem virum; veluti mortis, vulnecrum,
 amissionis omnium bonorum, & similibus iudicio prudentis
 viri, habita personæ consideratione, cui vis facta est.

D.T. 3. p. 4. **Q**uare hoc? Respond. quia in Matrimonio requiritur
 47. 107. consensus voluntarius, coactio autem voluntario repu-
 gnat.

De ordinis impedimento. Num. 15.

Num. 22. **Q**uis ordo dirimit Matrimonium? Resp. sacer, stan-
 Num. 14. 51. te Matrimonium susceptus sit.

D.T. 3. **Q**uare hoc? Respond. quia mancipatus divino cultui,
 p. 9. 53. non debet se implicare occupationibus familiæ, & prolis
 107. regendæ: Secundo, quia dederet ut qui supra populum
 est, mulierem habeat sociam, & dominam sui corporis:
 Tertio, quia reverentia divini cultus maiorem, & specia-
 lem in persona, & ministro sacro munditiam requirit, ob
 alias causas.

Ligamen. Num. 16.

Num. 22. **Q**uid significat ligamen? Respond. idem quod vincu-
 Num. 43. lum.

Quod ligamen dirimit? Resp. alterius coniugij, id est,
 si aliquis ligatus in Matrimonio cum vna, contrahat cum
 alia, primum tenet, secundum nihil valet, quia matrimo-
 nium tantummodo inter duos est.

Si mulier est quæ audit de viro suo post multos an-
 nos absente, quod mortuus sit, & contrahit cum alio, tenet
 tenet Matrimonium? Resp. si maritus verè erat mortuus,
 & mulier ita credebat, valet Matrimonium: sed si vi-
 vebat, cum contraxit, Matrimonium nullum est, & mo-
 riente etiam primo viro, non valet, sed debet de novo
 contrahi, si nullum addit impedimentum: si enim sciebant
 vivere, & contraxerunt, & consummarunt, oritur crimi-
 nis impedimentum, de quo dictum est.

Si mulier credens quod vir suus absens viveret, cum
 reuera mortuus esset, & contraxit cum alio, tenetne
 Matrimonium? Respond. Silvest. & Navar. dicunt, si
 credebat tenere Matrimonium, tenebit; sed si crede-
 bat non tenere, non tenebit: quia consensus illius erat
 in Matrimonium, quod credebat non esse Matrimonium.

Honestas

Honestas. Num. 17.

Quid est honestas? Resp. est quoddam impedimentum
 quod oritur ex sponsalibus: vel ex matrimonio ra-
 Num. 221. Num. 57. to, & non consummato.

Quare dicitur honestas? Resp. quia honestum videtur
 ut dari debeat dictum impedimentum.

In Matrimonio rato, & non consummato contrahitur
 affinitas? Resp. non, quia affinitas oritur ex copula carna-
 li; loco autem affinitatis contrahitur impedimentum hon-
 estatis.

Honestas vsque ad quem gradum impedit in matrimo-
 nio rato, & non consummato? Resp. vsque ad quartum
 inclusivè.

Qua ratione? Respondeo sic, si Titius absens per præ-
 curatorem contrahat per verba de præsentis Matrimo-
 nium cum Berta, & moritur antequam accedat ad illam
 p. 24. c. 5. propter publicam honestatem, nullus consanguineus Ti-
 tiij vsque ad quartum gradum poterit ducere Bertam in
 uxorem.

Honestas quæ provenit ex sponsalibus vsque ad quem
 gradum impedit? Resp. ad Concilium, si sponsalia valida
 non sunt, nihil impediunt: si valida fuerint, primum gra-
 dum prohibitio non excedit.

Quomodo est hoc? Resp. si Titius per verba de futuro
 contrahat cum Berta sponsalia, quæ valida sunt; sed
 postea nolle eam ducere, sed vellet contrahere cum mat-
 re vel sorore vel filia illius, non potest, quia sunt con-
 sanguineæ in primo gradu, & si contrahat, matrimonium
 nullum erit.

Quomodo in hac honestate cognoscatur gradus?
 Resp. ea ratione, qua de affinitate dicitur.

Quomodo distinguuntur inter se hæc duo impedimen-
 ta, sponsalia, quæ sunt impedimentum non dirimens; &
 honestas, quæ dirimit, & est ex sponsalibus? Resp. sic
 Titius contrahendo sponsalia cum Berta incurrit duo im-
 pedimenta: vnum est, quod non possit ducere in uxorem
 aliquam consanguineam Bertæ, in primo gradu, & hoc
 dicitur Honestas, & dirimit. Aliud quod non possit ducere
 quamcumque mulierem, quæ sit in mundo, etiam si Ber-
 tæ consanguinea non sit; & hoc dicitur sponsalia, &

impede, sed non dirimit.

Propter quod est introductum impedimentum publicæ honestatis? Resp. quia iustum, & honestum videtur, ut si Titius per sponsalia Bertæ obligavit se, & ex tali promissione inchoata est aliqua propinquitas cum ipsa, & per ipsam cum consanguineis suis, non debeat ducere sororem, vel consanguineam Bertæ in primo gradu, quia cum Bertæ quotidie cum illa vivere deberet, necesse foret illi continuo injuriam, & ignominiam suam videre, & rivalem habere ante oculos, quod esset causa vel illiciti amoris cum sponso sibi promisso, vel discordiarum cum consanguineo suo cum sua injuria copulata, hoc autem contra bonum est Matrimonij.

Si sit affinis, de affinitate, & de gradibus illius.

Num. 18.

Quid debet considerari circa impedimentum affinitatis? Respond. ista: primum, quid sit copula carnalis licita, & illicita: Secundo, quid sit affinitas: Tertio, inter quos contrahatur affinitas: Quarto, quomodo inveniantur gradus affinitatis: Quinto de primo, & secundo genere affinitatis: Sexto, quale sit hoc impedimentum: Septimo, cur hoc impedimentum sit introductum.

Sil. matr. 8. Quid est copula carnalis, de qua modo hic sermo habetur? Resp. est quedam viri, & mulieris commixtio, ex qua prolis generatio sequi potest.

Ibidem. Quotplex est hæc copula? Resp. duplex, una licita, id est matrimonialis: alia illicita. id est fornicaria.

Ibidem. Quid est affinitas? Resp. est proximitas personarum ex carnali copula proveniens.

Cap. super his, de consan. & affi. Inter quas personas contrahitur affinitas per copulam carnalem? Resp. Canones ita statuunt, copula hæc semper est inter virum, & mulierem. Omnes igitur consanguinei viri sunt affines mulieris, & omnes consanguinei mulieris sunt affines viri: inter consanguineos autem viri, & mulieris nulla est affinitas. Sic exemplum. Titius habet copulam carnalem cum Bertæ, soror Titij sic affinis Bertæ, frater Bertæ sic affinis Titij, sed inter sororem Titij, & fratrem Bertæ nulla est affinitas: & ideo frater Bertæ poterit ducere in uxorem sororem Titij.

Quomodo inveniuntur gradus affinitatis? Resp. per gradus consanguinitatis, sic: quando consanguineus unus, sunt affines alterius, in eodem gradu, quo sunt consanguinei unus, sunt affines alterius: veluti frater Titij est consanguineus Titij in primo gradu, sicut igitur affinis Bertæ iam dictæ in primo gradu: ita erit de sorore Bertæ respectu Titij: per distinctionem ergo graduum consanguinitatis oritur etiam distinctio graduum affinitatis.

De duplici genere affinitatis.

Num. 19.

Differuntne in affinitate gradus & genus? Resp. differunt. *Sil. ibid. iunt.*

Qua ratione? Resp. genus est quasi scala, gradus sunt *ibidem.* quasi partes scalæ: sicut ergo si duæ essent scalæ inter se distinctæ, unaqueque suos gradus, & partes haberet, ita in unoquoque genere affinitatis proprii, & distincti gradus reperiantur.

Quot sunt genera affinitatis? Resp. duo, primum, & secundum. *ibidem.*

Quomodo conveniunt, & differunt inter se? Resp. conveniunt in hoc, quod utrumque genus oritur ex copula carnali: differunt in hoc, quod primum genus semper oritur ex copula habita cum consanguineo, secundum vero semper oritur ex copula habita cum affine: veluti tu habes consanguineos, ut fratres, & sorores, &c. habes etiam affines, veluti uxorem fratris tui, vel matrem sororis tuæ: Si quis ergo habet copulam, vel licitam, vel illicitam cum consanguinea tua, ille tibi omnino sic affinis in primo genere: si quis vero habet copulam cum affini tuo, veluti cum uxore fratris tui, ille tibi sic affinis in secundo genere: idem esset si tu haberes copulam cum aliqua muliere: ista enim esset affinis in primo genere consanguineis tuis: esset vero affinis in secundo affinis tuis, & hæc est propria differentia inter primum, & secundum genus affinitatis.

De regulis ad cognoscendum primum, & secundum genus affinitatis. Num. 20.

Posunt dari regulæ ad cognoscenda genera affinitatis? Resp. possunt.

Quæ sunt? Respond. ad has regulas distinguendas oportet antea scire, quod triplex est propinquitatis: Prima dicitur consanguinitas, & hæc maior omnibus est: Secunda dicitur affinitas primi generis: Tertia dicitur affinitas secundi generis. Secundò scire oportet quod consanguinitas est propinquitatis, quæ oritur ex natura, *id est*, ex naturali sanguinis communione, ut dictum est. Affinitas verò est propinquitatis, quæ oritur ex copula carnali caratione, qua vit seu maritus ex tali unionis copulæ communicat mulieri, seu vxori suam propinquitatem, & vxor idem facit marito. Tertio scire oportet quod maritus communicat quidem suam propinquitatem vxori, & vxor marito, sed hoc faciunt diminutè, tali ratione, quod propinquitatis primi modi communicatur tantum in secundo; & propinquitatis secundi modi communicatur tantum in

Can. super
his, de
consang.
& affini.

Ex eodem
Can.

tertio; & ex hoc duæ regulæ facillimè ad distinguendum primum, & secundum genus affinitatis colliguntur. Prima autem Regula est hæc, quæ à canone est accepta: Omnes consanguinei mariti sunt affines vxoris in primo genere: & omnes consanguinei vxoris, sunt affines mariti in primo genere. Inter consanguineos autem mariti, & consanguineos vxoris nulla est affinitas. Vbi apparet, quod maritus propinquitatem suam primi modi, *id est* consanguinitatis, communicat soli vxori, & in secundo modo, *id est* in affinitate, & idem facit vxor marito. Secunda regula est hæc: Affines mariti in primo genere, sunt affines vxoris in secundo genere, & affines vxoris in primo genere, sunt affines mariti in secundo genere: Inter affines autem mariti, & vxoris nulla est propinquitatis. Vbi licet videre maritum communicare vxori, & vxorem marito propinquitatem affinitatis ita diminutè, ut affinitas; quæ in communicante est in primo genere; in eo, cui communicatur, fit in secundo. Per has autem regulas distinctio primi, & secundi generis affinitatis innotescit, & ista regular à canone sunt desumptæ.

Præsentem proponi exempla ad has regulas explicandas: Resp. possunt proponi tres casus, per quos omnis applicatio clarum regularum apparebit.

Primus casus est, Titius & Berta sunt frater, & soror. Titius ducit vxorem Luciam, & moritur: Berta

accipit maritum Petrum & moritur: quaeritur an Petrus & Lucia sint affines in primo, vel in secundo genere, & an possint contrahere matrimonium? Respondetur posse contrahere matrimonium, quia sunt affines tantum in secundo genere, & per regulam ostenditur sic: Titius est frater & consanguineus Berte, fit autem affinis Petri mariti ipsius Berte in primo genere: Cum ergo Titius non communicet Lucie suæ vxori propinquitatem affinitatis quam habet cum Petro marito sororis in primo genere, sed communicet in inferiori genere affinitatis, eveniet quod Lucia fiet affinis Petri in secundo genere, qui affinis per Titium affinis illius in primo genere. Petrus ergo, & Lucia erunt affines in secundo genere; ideo poterunt contrahere Matrimonium.

Secundus casus est, Titius, & Berta sunt frater, & soror: Titius ducit Luciam vxorem, & moritur: Lucia accipit Petrum maritum, & moritur. Quaeritur an Petrus, & Berta sint affines, & in quo genere? Et respondetur esse affines in secundo genere tantum. Et ostenditur per regulam dictam. Titius enim frater Berte communicat propinquitatem consanguinitatis, quam habet, cum Berta sorore Lucie vxoris suæ, ita ut Berta fiat affinis Lucie in primo genere affinitatis: cum ergo Lucia communicet Petro secundo marito hanc propinquitatem suæ affinitatis cum Lucia, sed non in primo genere, sed tantum in secundo, sequetur quod Petrus, & Berta erunt affines in secundo genere affinitatis, & poterunt contrahere Matrimonium inter se.

Tertius casus est, Titius, habet vxorem Luciam. Petrus committit fornicationem cum Lucia, & postea Lucia moritur: Titius vellet ducere in vxorem Bertam sororem Petri: quaeritur an possit? Respond. non posse, quia Titius, & Berta sunt affines tantum in secundo genere, & ostenditur, quia Berta soror Petri est affinis Lucie, cum qua Petrus habuit copulam fornicariam. Cum ergo Lucia vxor Titii communicet Titio marito suo hanc propinquitatem tantum in secundo genere affinitatis, sequitur quod inter Titium, & sororem Petri fit tantum in secundo genere. Titius enim fit affinis Berte, quia illa est affinis Lucie.

Quomodo in affinitate reperitur impedimentum? Resp. *Sil. mar. 9.*

n. 15. C.T. secundum genus affinitatis nullum affert impedimentum: *Sec. 4. c. 4.* Primum genus affinitatis, quod oritur ex copula fornicaria, impedit vsque ad secundum gradum inclusivè: si verò *D. Tb. 3. p.* oritur ex copula Matrimoniali, impedit vsque ad quartum *q. 5. art. 6.* inclusivè.

sup.

Quare impedimentum affinitatis introductum est? *Resp.* Primum, quia affinitas valide accedit ad propinquitatem naturalem: dicit enim commixtionem, si non sanguinis, saltem feminis. Secundò, quia maximè expedit, ut per hanc propinquitatem familia miseri maximè viuiatur vxori, & ita familia vxoris marito. Tertio, quia iustissimum est, ut copula carnalis prohibeatur speciali ratione consanguinitatis mariti, cum vxore illius, & e contra: tum quia continentò habitant inter se, & sine hac prohibitione maximum esset periculum, ne fides coniugalis offenderetur: tum quia consanguinei mariti debent esse custodes pudicitie vxoris illius. Demùm ob multas alias rationes iustissimum est, ut tale detur impedimentum.

Si forè co ve nequibis. Num. 21.

N. cap. 21.

Num. 59.

Quod est hoc impedimentum? *Resp.* impotentie, quæ perpetua sit: talis enim impotentia est contra bonum proles, & nimis præiudicialis alteri coniugum.

De impedimento ætatis. Num. 22.

D. Tb. 3. p.

q. 5. art. 5.

C. R. n. 3.

Effectus ætatis legitime dirimit Matrimonium? *Resp.* ita est, ætas autem dicitur legitima in masculo post decimum quartum annum, in femina post duodecimum.

Quare introductum est hoc impedimentum? *Resp.* quia ante illam ætatem non sunt potentes ad prolem habendam: secundò obligatio Matrimonii est maxima, & ideo requirit maturum, & sanum consensum, ætas autem ante dictos annos ordinariè illam non habet.

De impedimento Matrimonii clandestini.

Num. 23.

C. T. sess.

14. c. 1.

Hæc circumstantia quod Matrimonium sit clandestinum, dirimitur? *Resp.* post Concil. Trident. dirimit.

Quare introductum est hoc impedimentum? *Resp.* ait Conc. propter gravia peccata, quæ ex istislem coniugis ortum habent, & præsertim eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxe-

rant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt.

Quid est Matrimonium clandestinum? *Resp.* illud, quod contrahitur sine præsentia proprii Parochi, vel alterius sacerdotis de illius, aut ordinarij licentia, & non adsunt saltem duo testes.

De impedimento inter raptorem & raptam.

Num. 24.

Quid statuit Conc. Trid. de impedimento inter raptorem, & raptam? *Resp.* sic statuit: Decretis sanctæ Synodus, inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, atque libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consensum, auxilium, & favorem præbentes; sint ipso iure excommunicati, & perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue nonduxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Quare introductum est hoc impedimentum? *Resp.* quia consensus in Matrimonio debet esse liber: hic autem adest vis, & coactio. Et hæc de sacramentis dicta sunt.

COMPENDIUM DOCTRINÆ CONCILII, & Catechismi.

De Sacramentis.

DOCTRINA Sacramentorum est necessaria? *Resp.* *Sec. 7. c. 4.* Est, quia sine bono vsu Sacramentorum non est salus; nemo autem bene vitur eo quod ignorat.

Quibus est necessaria? *Respon.* omnibus fidelibus, magis

subdiaconis, plus diaconis, amplius sacerdotibus confel-
latis est necessaria exacta cognitio de sacramento Pres-
biteriat, & Matrimonij, Parochis de omnibus, conclo-
natoribus item aliqua ratione.

Quid in singulis sacramentis debet considerari? Resp.
Primo nomen, secundò distinctio, tertio materia, quarto
forma, quinto efficiens, seu minister, sexto finis, seu ef-
fectus, septimo administratio, & bonus usus.

De Sacramentis in genere.

Cat. Ro. de
fac. in ge.
Num. 2.
Ibidem.
Ibidem.
Ct.

Quid significat hoc nomen/sacramentum? Resp. apud
antiquos significabat juramentum militare: modò
accipitur pro eo quod significat rem sacram occultam.

Quæ differentia est inter mysterium, & sacramentum?
Resp. mysterium significat rem sacram occultam: sacra-
mentum verò est signum rei sacræ occultæ: veluti si sacræ
reliquiæ reconditæ sunt in arca, in qua sit scriptum, *Sacræ
reliquiæ*, ad significandum, quod ibi adsint: tunc ipsa arca
erit veluti sacramentum? Reliquiæ verò mysterium po-
terunt vocari, quatenus sunt res sacræ secreta.

Num. 4.

Quomodo distinctur sacramentum? Respond. Primò
sic, *Sacramentum est signum rei sacræ*: secundò, & cla-
rius sic: *Est invisibilis gratia visibile signum ad no-
stram justificationem institutum.*

Num. 11.

Omnia signa rei sacræ suntne sacramenta? Respond.
non: cruces enim, imagines, ceremoniæ, figuræ veteris
Testamenti, sunt signa rei sacræ, sed non sunt sacra-
menta.

N. 3. & 11.

Quare non? Resp. quia non sunt instituta ad iustifica-
tionem hominis: sacramenta autem ad talem iustifica-
tionem sunt instituta.

De differentia inter sacramenta veteris,

& novæ legis.

C. R. n. 15.
& 29. C. T.
sess. 7. c. 8.

Quomodo differunt sacramenta veteris, & novæ le-
gis? Resp. primò illa significabant tantum gratiam,
illa illam efficiunt: illa significant Christum venturum,
ista iam venisse: illa fuerunt instituta à Deo, ista à Christo:
in illis conferebatur gratia ex opere operantis: *id est*, ob
actum fidei, quem faciebant suscipientes protestando se
credere in Christum venturum: ista conferuntur ex opere
operato, *id est*, ex propria virtute tradita ipsi sacra-
mento operato à Christi passione.

De Signo.

Quid est signum? Resp. est illud, quod significat ali-
quid aliud à se, ut fumus significat ignem.

Quotuplex est signum? Resp. aliud est à natura, ut fu-
mus est signum ignis; aliud ab hominibus, ut voces, pi-
cturæ, vexilla; aliud à Deo, ut sacramenta, & figuræ
Veteris Testamenti.

Quotuplex est signum à Deo institutum? Respon. aliud
est institutum ad significandum tantum, ut figuræ Vete-
ris Testamenti: aliud ad significandum, & efficiendum,
ut sacramenta.

Sacramentum, quale signum est? Respond. est comme-
morativum passionis Christi præteritæ, à qua virtutem
accipit; est demonstrativum gratiæ præsentis, quæ ab ip-
so confertur, & est prognosticum, *id est* prænunderivum
futuræ gloriæ, quæ per ipsum obtinetur, atque ideo tri-
plex signum est.

De causis Sacramenti.

Quæ est materia Sacramenti? Resp. est res tactu, vel
visu perceptibilis, & appellatur *elementum*, ut in Ba-
ptismo *aqua*.

Quæ est forma? Resp. illa verba, quibus Sacramentum
conficitur, veluti, *Ego te baptizo*, &c. & ideo appellatur
verbum.

Quomodo fit Sacramentum? Resp. per debitam appli-
cationem formæ ad materiam: unde dicitur, *Accedit
verbum ad Elementum, & fit Sacramentum.*

Quot sunt partes cuiuslibet Sacramenti? Resp. materia, *ibidem*.
& forma, ex quibus fit vnum Sacramentum.

Quanam est causa efficiens Sacramentorum? Respond.
Christus, qui instituit illa, desit etiam illis sua passione
virtutem justificandi, & gratiam efficiendi: fuit etiam
causa meritoria in sua passione, ut Deus per Sacramen-
ta, tanquam per instrumenta gratiam efficeret in homi-
nibus.

Ministri suntne causa Sacramentorum? Respond. sunt
causa instrumentalis, quia in persona Christi Sacramen-
ta administrant: & ideo Christus vitur illis tanquam
animatis instrumentis ad producendum effectum Sacra-
menti.

Quis est finis, & effectus Sacramentorum? Respond. est

vita spirituali hominis, quæ conferitur illi per gratiam iustificatentum, & per characterem, qui sunt effectus sacramentorum.

De gratia, & characterē.

Num. 17. & 10. **Q**uis effectus Sacramentorum? Resp. gratia gratum faciens, & in aliquibus character.

Rom. 2. Quid est gratia? Resp. est donum Dei, ideo dicitur gratia, quia est gratis data.

Quomplex est gratia? Resp. duplex, gratis data, & gratum faciens.

1. 2. 9. 11. art. 1. Quid est gratia gratis data? Resp. illa, quæ datur ad utilitatem aliorum, veluti prophetia, donum linguarum, gratia sanitarum; & hanc possunt habere etiam illi, qui sunt in peccato mortali, ut Iudas, qui miracula fecit.

Ibidem. Quid est gratia gratum faciens? Resp. illa, quæ facit hominem gratum Deo, & datur illi ad utilitatem sui ipsius, & cum peccato mortali nunquam haberi potest.

Num. 30. Quid est character? Resp. est signum quoddam animæ impressum, quod deleri nunquam potest, eique perpetuo inhaeret.

Num. 13. Quis est effectus characteris? Resp. duplex: primus est præbere potestatem suscipiendi, vel peragendi aliquid factum: secundus est, ut aliqua nota alter ab altero inter noscatur, veluti character Baptismi duo facit: primò dat facultatem baptizato suscipiendi alia Sacramenta: secundò distinguit ab infidelibus Baptizatum.

De Sacramento, & re, & viroque.

Num. 15. Quid est Sacramentum tantum? Resp. materia, & forma Sacramenti; quia ista tantum significat.

Num. 10. Quid est res Sacramenti tantum? Respond. gratia, quia ipsa in Sacramento significatur tantum, & non significat.

Num. 30. & 31. Quid est res, & Sacramentum? Resp. est veluti character, qui significatur ut effectus, & cum sic signum, in anima significat: ideo est signum, & res significata.

De numero Sacramentorum.

Sess. 7. c. 1. Quot sunt Sacramenta? Resp. septem, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, Matrimonium.

Quæ imprimunt characterem, & sunt irreiterabilia? *Sess. 7. c. 5. Resp. tria, Baptismus, Confirmatio, Ordo. Ibidem.*

Quæ non imprimunt, & sunt reiterabilia? Resp. quatuor, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio & Matrimonium. *Num. 10. & 21.*

Quæ sunt septem? Resp. quia tot sunt necessaria ad vitam spirituales.

Quæ ratione? Resp. sicut in vita corporali septem sunt necessaria. Primò, Nativitas. Secundò, augmentum. Tertiò, cibis, seu alimentum. Quartò medicina pro infirmitate. Quintò restauratum vitium amissum, vel infirmitate, vel senectute. Sextò, iudices, & magistratus publici. Septimò, proles propagatio. Ita in vita spirituali. *Ibidem.*

Quomodo Sacramenta in vita spirituali hoc præstant? *Ibidem.* Resp. Baptismus habetur natiuitas spiritualis; per Confirmationem augmentum. Ab Eucharistia cibis, & alimentum. A Pœnitentia, medicina contra peccatum, quod est animæ infirmitas. In Extrema Unctione restauratur vires amissæ infirmitate, & tolluntur reliquæ peccati. In Ordine constituuntur Ministri & Magistratus spirituales. Per Matrimonium fidelis populus conservatur, & multiplicatur.

De necessariis in quolibet Sacramento: de necessariis Sacramenti, & præcepti.

Quæ sunt necessaria in quoque Sacramento? Resp. *Num. 15. & 18.* Quædam sunt necessaria de necessitate Sacramenti, & talia sunt ea, quæ si absint, Sacramentum nihil valet: quædam sunt tantum de necessitate præcepti, & talia sunt, quæ si absint, valet quidem Sacramentum, sed omittens illa sceleret, & sine causa, facit peccatum mortale.

Quæ sunt de necessitate Sacramenti? Respond. tria, materia, forma, & intentio Ministri, *id est*, quatuor causæ Sacramenti, nempe materia, forma, minister & finis. Illud enim tertium (intento Ministri) significat tum causam efficientem, *id est* ministrum, tum finalem, ad quam intentio ministri refertur: intentio enim respicit finem. *Num. 15. Sess. 7. c. 11.*

Quæ intentio requiritur in Ministro? Resp. saltem faciendi quod facit Ecclesia. *Sess. 7. c. 15.*

Num. 8. Quæ sunt de necessitate præcepti? Resp. Ritus qui ex præcepto Ecclesiæ sunt adhibendi.

D: vsu Sacramentorum.

Sacramenta profunt ei, qui non vitur illis? Resp. Nihil.

Vius potest esse bonus, & malus? Resp. Ita est.

Quis est malus? Resp. accedente in peccato mortali, vel cum mala intentione aut irreverentia, vel non servando ea que ab Ecclesiâ præcipiuntur.

Quis bonus vius? Resp. accedente sine peccato mortali, cum devotione, & reverentia, & iuxta præscriptum Ecclesiæ.

Num. 3. Qui malè accedit, recipit Sacramentum? Resp. potest esse quod recipiat Sacramentum, & illum effectum, qui est character, & tamen gratiam non obtinebit, & peccatum mortale sacrilegii committet.

De Sacramento Baptismi.

Num. 5. Quid significat Baptismus? Resp. Græcè significat ablationem.

Quomodo definitur Baptismus? Resp. sic. *Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo: id est per Baptismum homo regeneratur in vitam spiritualem mediante aqua, & verbo, id est, materia & forma Baptismi, in quibus Sacramentum positum est.*

Quotplex Baptismus? Resp. triplex: primus fluminis, *id est, qui fit per aquam; & hic est verus, & proprius: aliter fluminis, id est, per Spiritum sanctum, quo aliquando baptizantur, qui cupiunt Baptismum aquæ, & non possunt habere: tertius est sanguinis, id est, Martyrii, veluti si quis conversus ad Christum statim hoc ducatur ad Martyrium ante Baptismum, iste dicitur sanguine baptizari: & isti duo ad primum reducuntur.*

Num. 5. & 6. Quæ est materia Baptismi? Resp. aqua naturalis, & non artificialis, & hoc de necessitate Sacramenti; extra verò casum necessitatis debet esse consecrata de necessitate præcepti.

Num. 13. Quæ forma? Resp. Ita verba: *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

Ibidem. Quis minister? Respond. In casu necessitatis quilibet, vel dignior si plures adsint: extra illum proprius parochus.

Quis effectus? Resp. gratia, & character, *id est, regene.* *N. 41. &c.* ratio, & natiuitas spiritualis.

Quis vius? Resp. accedente cum fide, & sine fictione: *Num. 37. id est, com intentione suscipiendi Baptismum, & cum penitentiâ præteritorum peccatorum, non tamen quæ Sacramentalis sit.*

Qui ritus in administratione servandi? Resp. Illi, qui ab Ecclesiâ præscripti sunt. *Num. 60.*

De Confirmatione.

Quid significat hoc nomen Confirmationis? Resp. significat Deum confirmare, & augere gratiam, & vitam spiritualem, quam in Baptismo dedit. *Num. 1.*

Quomodo definitur? Resp. sic: *Confirmatio, est Sacramentum, quo homo confirmatur, & augetur in vitam spiritualem iam in Baptismo susceptam.*

Quæ Materia? Resp. Christina ex oleo, & balsamo consecratum, & ab Episcopo consecratum. *Num. 7.*

Quæ forma? Resp. Ita, *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* *Num. 11.*

Quis Minister? Resp. solus Episcopus.

Quis effectus? Resp. perficere gratiam Baptismi, & robustos facere ad pugnam contra diabolum. *Num. 13. & 19.*

Quis suscipiens? Resp. Baptizatus, & in ætate saltem septem annorum constitutus: & sine peccato mortali. *Num. 17. & 18.*

De Eucharistia, ut est Sacramentum.

Quid significat Eucharistia? Resp. idem quod bona gratia, vel gratiarum actio. *Num. 3.*

Quot modis consideratur Eucharistia? Resp. primò, ut Sacramentum: secundo, ut Sacrificium: tertio, ut est communio. *Num. 4.*

Quibus in Eucharistia convenit hoc nomen Sacramentum? Resp. tribus, nempe rei contentæ in Eucharistia, id est Corpori Christi: secundo, in communioni: tertio, speciebus panis, & vini. *Num. 8.*

Quid propriè dicitur Sacramentum Eucharistiæ? Resp. *Ibidem.* species seu accidentia illa visibilia panis, & vini post consecrationem; quia sunt signum rei factæ, id est Corporis, & Sanguinis Christi.

Eucharistia est vnum Sacramentum? Resp. est vnum; sed habet duplicem materiam & formam. *Num. 10.*

Ibidem. Quomodo est hoc? Resp. ratione finis; sicut enim panis, & vinum duæ res sunt, & tamen vnicam faciunt refectionem, & alimentum; ita de corpore, & sanguine Christi dici debet, quod faciunt vnam refectionem spiritualem.

Num. 12. 13. 14. 15. Quæ est materia? Resp. panis triticus, & vinum de uvis est de necessitate Sacramenti: quod verò sit absque fermento, & quod vino aqua apposta sit, est de necessitate præcepti.

Num. 12. C. Quæ est forma? Resp. forma consecrationis panis, est hæc: *Hoc est enim corpus meum.* Tota de necessitate Sacramenti, excepta particula *enim*, quæ est de necessitate præcepti. Forma consecrationis vini est hæc: *Hic est enim calix sanguinis mei novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Omnia de necessitate Sacramenti, excepta particula *enim*, quæ est de necessitate præcepti.

Num. 67. Quis est Minister? Resp. Sacerdos legitime ordinatus.

Num. 10. Quis finis, & effectus? Resp. gratia abundans, & refectionis spiritualis.

De consecratione, & Transsubstantiatione.

Num. 19. Eucharistia quomodo efficitur? Resp. consecratione, quæ efficitur à forma.

Num. 40. Quid est consecratio? Resp. generaliter sumpta est *actio, qua non sacrum efficitur sacrum.*

Sec. 13. c. 4. Consecratio proprie in Eucharistia accepta quid est? *Num. 41.* Resp. est conversio vera & realis totius substantiæ panis & vini in totam substantiam corporis & sanguinis Christi.

Sec. 13. c. 4. n. 37. C. Quomodo appellatur ista conversio? Resp. transsubstantiatio: quia est mutatio, & conversio totius substantiæ in totam substantiam.

Ibidem. Quare tota substantia panis convertitur? Resp. quia nihil omnino manet de substantia panis, quod non convertatur.

Quare sit conversio in totam substantiam corporis Christi? Resp. quia quicquid est de substantia corporis Christi, post consecrationem verè & realiter reperitur.

Quomodo ista conversio est consecratio? Resp. quia panis, qui non erat res sacra, fit corpus Christi, quod est summè factum, ideo ex non sacro efficitur factum.

De speciebus Sacramentalibus, & contento sub ipsis. *Num. 26.*

IN pane, & vino quænam considerantur? Resp. duo, primò substantia panis, & vini: secundò, accidentia panis, & vini, ut quantitas, color, figura, &c. quæ etiam dicuntur species, & symbola.

In consecratione convertuntur accidentia panis, & vini? Resp. non, sed eadem manent, ut sensui patet: substantia verò illorum verè convertitur est.

Quid continetur sub speciebus seu accidentibus panis, & vini ante consecrationem? Resp. sola, & tota substantia panis, & vini; nihil penitus de substantia corporis, & sanguinis Christi.

Quid continetur sub speciebus panis, & vini post consecrationem? Resp. tota, & sola substantia corporis, & sanguinis Christi, & nihil penitus de substantia panis, & vini.

Accidentia panis, & vini suntne tangam in subiecto in corpore, & sanguine Christi? Resp. nulla omnino ratione: quia corpus, & sanguis Christi non possunt habere accidentia alterius substantiæ: ideo talia accidentia omnino absque subiecto sunt.

Sub speciebus vini post consecrationem continenturne totus Christus, nempe corpus, sanguis, anima, divinitas? Resp. continentur: sed ex vi Sacramenti, seu verborum continentur tantum corpus: per realem verò concomitantiam continentur etiam sanguis, anima, & divinitas.

Sub speciebus vini post consecrationem continenturne corpus, sanguis, anima, & divinitas? Resp. continentur: sed sanguis ex vi verborum, reliqua per concomitantiam.

Quid est vi verborum? Resp. est contineri ex eo, quod verba significant, & efficiunt: cum enim forma consecrationis panis dicat, *Hoc est corpus meum*, hic significatur tantum adesse corpus, quia de sanguine, & anima nihil dicitur; unde ex vi verborum efficitur tantum corpus: & idem de consecratione vini dicendum est.

Quid est per realem concomitantiam? Resp. quia corpus Christi vivum omnino debet esse cum sanguine, & anima, & amplius cum divinitate, quæ corpori Christi unita est; ideo per realem concomitantiam ubi est corpus, ibi sanguis, anima, & divinitas est.

Corpus Christi in Eucharistia estne omnino illud idem *Num. 26.*

quod fuit in utero Virginis, & modò est in caelis: Resp. verè, & realiter, & omnino idem est.

86f. 1. c. 33. Estne in Eucharistia eodem modo, quo in caelo? Resp. quoad modum est aliqua diversitas: Corpus enim Christi triplicem modum habet existendi; vnus est naturalis: & sic fuit visibile, palpabile, mortale, passibile. Alter est gloriosus, & sic est agile, subtile, impassibile, lucidum, & regnat vbique. Tertius est Sacramentalis; & hic est, ut sit invisibile, velatum, & cooptetum speciebus Sacramentalibus: vnde idem omnino est Corpus Christi, sed modus existendi diversus est.

Potestne declarari exemplo? Resp. potest, persona alicuius Regis eadem omnino manens potest triplicem modum existendi subire: vnus personæ propriæ privatae: alium personæ regis, & in habitu, & decore regio: tertium veluti alterius personæ servilis; sic Christus in hoc mundo se habuit iuxta modum existendi naturalem: in caelo modò existit iuxta modum existendi gloriosum: in Eucharistia sub speciebus panis, & vini laet. Et tamen vbique omnino verè idem est Christus.

De Missa Sacrificio.

Nomen Missæ unde desumitur? Resp. à verbo *Mittere* tum quia hostia, quæ in illa offertur, id est Christus, à Patre fuit ad nos missa: tum quia Sacerdos Sacrificium Altaris per Angelum mittit ad Deum.

86f. 22. c. 1. Quæ est illius definitio? Resp. hæc: *Missæ est Sacrificium incrementum Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini cum representatione Sacrificij crucis in passione Christi oblatis.* Vel hæc: *Missæ est illud idem Sacrificium quod Christus obtulit in Cruce, solâ offerendi ratione diversa, & itaque distinctio idem dicit, & à Conc. Tr. desumpta est.*

Ibidem. Quomodo differunt Sacrificium Missæ, & Passionis Chr. Resp. in hoc quod Sacrificium Missæ est incrementum, id est sine sanguinis effusione: illud verò fuit cruentum, & cum sanguinis effusione.

Ibidem. Quæ est materia Sacrificij Missæ? Resp. idem omnino Christus, qui in Cruce fuit oblatus.

Ibidem. Quæ forma? Resp. hæc forma tria dicit: primò quod in ipsa verè, & realiter Christus offertur Deo Patri per modum Sacrificij, sicut in Cruce fuit oblatus: secundò, quod

nunc

nunc sine sanguinis effusione offertur: tertio quod representat illam sanguinis effusionem, quæ in cruce petacta fuit.

Quodnam est officium? Resp. ait Conc. Tr. Christus per manus Sacerdotis,

Cui offertur? Resp. Soli Deo.

Potest offerri Sanctis? Resp. Non, Sed potest offerri Deo in honorem, & memoriam Sanctorum.

Ibidem.

Pro quibus offertur? Resp. pro vivis & defunctis.

Ibid. c. 3.

Quis est finis huius Sacrificij? Resp. Triplex. Primò cultus, seu gloria Dei, & Christi: secundò honor, & lætitia Sanctorum: tertio, vtilitas, & gaudium vivorum, atque mortuorum.

Quot modis in Missa tribuitur cultus, & gloria Deo? Resp. Quatuor modis: primò, exhibendo illi laudem, & sic dicitur Sacrificium laudis, secundò satisfaciendo pro peccatis: & sic dicitur satisfactio: tertio, gratias agendo pro beneficiis acceptis, & sic dicitur gratiarum actionis: quartò impetrando nova beneficia, & sic dicitur impetratorium.

Sof. 22. c. 3.

Ibidem.

Quomodo dat honorem Sanctis? Resp. offerendo illud in memoriam & honorem illorum.

Sof. 22. c. 3.

Ibid. 2.

Quomodo affect vtilitatem vivis, & defunctis? Resp. Dum offertur pro illis, tanquam Sacrificium laudis, satisfactionis, gratiarum actionis, & impetrationis.

Hoc Sacrificium estne publicum, an privatum? Resp. C. R. n. 80. Publicum, & semper publicam affect vtilitatem.

De Communione.

Eucharistia estne Sacramentum, etiamsi nullus illum suscipiat? Respond. Est, veluti cum servatur in pyxide.

Num. 9.

Num. 4.

Quid est communio? Resp. Est sumptio Eucharistiae, & usus illius.

Quare dicitur communio? Resp. Quia per talem sumptionem quis communicat de gratia, & vita Christi.

Ibidem.

Quis est bonus vnus? Resp. Accedere sine culpa mortali, & cum debita devotione, & reverentia, & præmissa confessione, & hoc facere frequenter.

Num. 55.

T

De Sacramento Pœnitentiæ.

Num. 5.
& 15.

Quid significat hoc nomen, Pœnitens? Resp. id est peccatorem tenens; quem enim pœnitet, ille voluntarie peccatum sui peccati tenet, & non eoadem, ut sit in damnatis.

Nuz. 5.

Quotuplex pœnitentiæ? Resp. duplex, una interior, quæ dicitur Pœnitentiæ, ut est virtus; alia exterior, & hæc dicitur Sacramentum.

Quomodo definitur Pœnitentiæ interior? Resp. sic à Catechismo, est cum ad Deum nos ex animo convertimus; & commissa à nobis scelera detestamur, & odio habemus; simulque illud nobis certum, & deliberatum est, malam vitæ consuetudinem, corruptisque moribus emendare: non sine spe veniæ à Dei misericordiâ consequendæ, id est, Pœnitentiæ interior est conversio in Deum, cum desperatione peccati commissi, & proposito non committendi, & cum spe veniæ à Deo.

Ses. 14. c. 1.

Quomodo definitur Pœnitentiæ, ut est Sacramentum? Respond. sic, Pœnitentiæ est Sacramentum, sine quo peccatum mortale post Baptismum commissum impossibile est remitti.

Ses. 14. c. 3.
& 5.

Quæ est materia illius? Resp. proxima materia sunt actus pœnitentis, contritio, confessio, & satisfactio: Remota sunt peccata; & hæc est duplex, una necessaria, nempe peccatum mortale, quod necessarium est confiteri: alia iustificans, & sunt venialia, quæ si quis confiteatur, sufficit ut quis possit absolvi.

Ses. 14. c. 1.

Quæ est forma? Resp. Ista, Absolvite.

Ibidem.

Quis finis, & effectus? Resp. remissio peccatorum, & reconciliatio cum Deo.

Ibidem.

cap. 19.

Quis minister? Respondetur, Sacerdos habens potestatem ordinis, quam habent omnes Sacerdotes legitime ordinati, quibus dantur claves scientiæ, & potestatis: sed amplius est necesse, quod habeat potestatem iurisdictionis, siue ordinariæ, id est per titulum, cui animarum cura annexa sit; siue delegatam, vel à summo Pontifice, vel ab Episcopo; vel alio prelatu valente.

De partibus Pœnitentiæ.

Quæ sunt partes integrales, seu materiales Pœnitentiæ? Res. tres: Contritio, Confessio, Satisfactio. Quare ibidem, dicuntur integrales? Resp. Quia omnes requiruntur, ut pœnitentiæ integra sit.

Quid est contritio? Respond. Est dolor, ac desectio ibidem, à charitate proveniens de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero, & cum spe veniæ, ac voto prestandi reliqua, quæ ad ritè suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum requiruntur.

Quid est attritio? Resp. Est dolor, & desectio proveniens ex consideratione turpitudinis peccati, vel gehennæ, pœnarum meriti: qui dolor habetur de peccato commisso, cum proposito non committendi, & cum spe veniæ à Deo obtinendæ, & cum voluntate ritè suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ.

Quæ est differentia inter attritionem, & contritionem? ibidem. Resp. Per contritionem remittitur peccatum absque actuali susceptione Pœnitentiæ Sacramenti. Attritio non obtinet remissionem nisi realiter Sacramentum Pœnitentiæ suscipiatur: Contritio etiam est dolor perfectus, attritio imperfectus.

Quid est confessio? Resp. Est peccatorum accusatio, C.R. 3. 9. (quæ ad Sacramenti genus pertinet) eò suscepta, ut virtute clavium veniam impetremus.

Quid est satisfactio? Resp. Est compensatio facta Deo N. 63. 6. pro offensis in illam perpetratis.

Cur ista tria ad pœnitentiæ requiruntur? Resp. Quia N. 22. 2. 1. justum est, ut totus homo pro peccatis Deo satisfaciatur, qui totus etiam in eius offensam prorupit, idè contritione satisfaciatur corde, Confessione, lingua. Satisfactione verò opere exteriori.

De Extrema Unctione.

Quid significat Extrema Unctio? Resp. Significat ultimam unctionem, quæ homini in periculo vitæ confituito datur ex Christi ordinatione.

- Ess. 4. c. 1.* Quomodo definitur? Resp. sic: Est Sacramentum executionem, *id est*, quod datur morituris, vt ex hac vita ad aliam mundi, & sine vilo inquinamento accedat.
- Num. 5.* Quæ est materia? Resp. Oleum ab Episcopo consecratum.
- Ibidem.* Quæ forma? Resp. Hæc, *Per istam sanctam Vnctionem indulget tibi Deus quidquid oculorum, siue narium, siue rædus vitio deliquisti.*
- Num. 9.* Quibus datur? Resp. In periculo vitæ constitutis.
- Num. 10.* Quæ partes vnguntur? Resp. Illæ in quibus sensus magis viget: à quo peccata procedunt, vt sunt oculi, aures, nates, os, manus, tenes, & pedes.
- Num. 11.* Quis Minister? Resp. Proprius Parochus.
- Num. 14.* Quis finis? Resp. Conferre agroti sanitatem animæ, & etiam corporis, si ita animæ expediat: conferre etiam homini omnia auxilia, quæ morituro sunt opportuna.
- Num. 12.* Quis bonus vsus? Resp. Sulcipere sine culpa mortali, cum fide, ac pietate.

De Sacramento Ordinis.

- Ibidem.* **Q**uid significat hoc nomen *Ordo*? Resp. dispositionem superiorum, & inferiorum eorum, quæ inter se ita aptæ sunt, vt vna ad alteram referatur: *id est*, *Ordo* significat, & disponit, quæ personæ in Ecclesia Dei sunt superiores, & quæ inferiores.
- Id. p. 7. 34.* Quomodo definitur? Resp. sic: *Est signaculum Ecclesie, per quod spiritalis potestas traditur Ordinato.*
- Ibidem.* Quæ materia? Resp. Illud quod ab Episcopo porrigitur
- Ibid. ar. 4.* Ordinato, vt tangatur ab illo.
- Quæ forma? Resp. Verba ab Episcopo prolata, cum materiam tangendam tradit.
- Num. 29.* Quis Minister? Resp. Episcopus.
- Num. 8.* Quis finis? Resp. Constituere Ministros in Ecclesia, qui sacras functiones rectè adimpleant.
- Num. 34.* Quis effectus? Resp. duplex, vnus est character, quo traditur potestas sacras functiones peragendi: alter gratia, qua Minister fit dignus, & idoneus ad vtendum illa potestate, & ad sacras functiones peragendas. Reliqua de Ordine, veluti de numero, distinctione, vsu, functionibus, &

illis expedit videre vbi agitur de Sacramento Ordinis: da gratia verò, & caractere dictum est initio huius compendii.

De Matrimonio.

- N**omea Matrimonii à quo desumptum est? Resp. A *Num. 2.* matre, quia femina nabit, vt fiat mater.
- Quomodo definitur? Resp. sic, *Matrimonium est viri, & mulieris maritalis coniunctio inter legitimæ personæ, in diuiduam vitam consuetudinem retinens.*
- Quot modis consideratur *Matrimonium*? Resp. dupli. *Num. 9.* circiter, nempe vt est officium naturæ, & sic fuit ante Christum, & modo est apud infideles: alio modo vt est Sacramentum: & sic modo datur inter fideles.
- Quomodo definitur hoc Sacramentum? Resp. sic: *Est maritalis, & sacramentalis coniunctio inter legitimæ personæ in diuiduam vitam consuetudinem retinens.*
- Quæ est materia? Resp. legitimæ personæ, *id est*, vir & mulier, quos Ecclesia non inhabilitat ad illud contrahendum.
- Quæ forma? Resp. Sacramentalis, & maritalis coniunctio, vel obligatio, seu vinculum, & nexus.
- Quis finis? Resp. primò, sanctificatio mariti, & vxoris: secundò, maritalis, & charitativa, & Christiana vnio inter illos: tertio, legitima filiorum procreatio, eiusdem prolis virtuosæ, & pia educatio. 1. mutus amor, & mutua officia inter coniuges. 6. vitatio fornicationis.
- Quis effectus? Resp. gratia, cuius virtute omnia dicta obtinentur.
- Quid effectus? Resp. consensus conjugum expressus per verba & præsentia, & consequenter ipsi coniuges suo consensu coniungunt, & obligant se.
- Præsentia Parochi est necessaria? Resp. post Conc. Trid. necesse est quod Parochus sit præsens, & duo testes, & alioquin Matrimonium erit clandestinum, & nullum.
- Quis bonus vsus Matrimonii? Resp. de hoc, & de aliis dicitur in tractatu de ipso, vbi poterunt illa videri.
- Si quid lectori in his obsecrum, vel nimis breue videtur, videat in lectionibus vbi tractatur de illa materia, & ibi magis distinctum reperiet.